*Tamen contrarium eſt dicendum, quòd vbi viget ignorantia in ſacerdote proprio, tunc alteri poſſe confiteri etiam non obtenta licentia, & ſic iſti decretali poſteriori derogatum videmus limitatiuè per priorem ita Nauar. de pœnit. diſtin. 6. nu. 144. c. placuit; ſic de Iure Cæſareo. Auct. offeratur C. delit. cont. tempore eſt longe poſterior, & limitatur per l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cogan. & illud dicamus, ſi forte concurrant duæ leges, prima ſpeciatim de aliqua conſtituta eſt re,*

60 *altera verò poſteriori tempore generatim, hanc ſecundam primam ſpecialem tollere non dicemus gloſſ. in c. vt officium in verbo duabus. de hæreti. in 6. Gemi. in c. primo col. 1. in prima oppoſ. de conſtit. in 6. Hincq; habemus, ſi lex generaliter corrigat, non intelligitur corrigere in caſu ſpeciali prouiſo, niſi tamen per generalitatem illius legis corrigi dignoſcatur ratio illius caſus ſpecialiter prouiſi auth. offeratur cum gloſſ. C. delit. conteſt.*

61 *Intentio, finis, ſeu ſcopus (nam hæc tria nomina idem ſignificant) ſummi Pontificis fuit prouidere, ne fierent locationes, niſi ad certum tempus, rerum eccleſiarum, non darentur in Emphyteuſim, non in feudum, & tandem nulla fieret earum rerum alienatio, niſi non nullis in caſibus, quos poſtmodum ad textum enumerabimus. Fiebant etiam tunc temporis quædam ad longum tempus locationes; ex quibus Ec-*

62 *cleſiarum bona indirectè alienabantur, per ipſas enim transfertur dominium vtile, ac Ius in re acquiritur gloſſ. in l. 3. ff. ſi ager. vectig. vel emphi. petatur l. 1. §. quod autem; vbi Bar. & Doct. ff. de ſuperfi. Caſt. Imo. et alij in l. codicillis. §.*

*inſtituto*

*inſtituto.ff.de leg. 2. Iaſ. in l. naturaliter.num.13. ff. de acquir. poſſ. in l. 1. num. 34. in l. 2. num. 39. C de Iure Emphy. Ripa. in l. filiusfam. §. Diui. num. 100. ff. de leg. 1.*

*Si ergo per talem locationem ius in re transfertur, facilè in alie-*
63 *nationem conuertitur; Nam in habentibus (ita dici ſolet) ſymbolum facilis datur tranſitus. l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. ſed cum patrono. ff. de bono. poſ. & ſic ex tali translatione vtilis dominij transferebatur vtile, & directum dominium in conductorem vſurpatiuè ſcilicet, quod contingere ſolet, vel prælatorum iniuria; bona enim*
64 *Eccleſiæ, cum in bonis ſint nullius. §. ſacræ. Inſtit. de rerũ diuis: ſit, vt à Prælatis contemptui ſæpiſſimè habeantur,*
65 *pro ut de rebus cõmunibus dici ſolet l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debet lib. 10. Ideo conſtituit vltra tres an-*
66 *nos locari bona Eccleſiæ non poſſe, ne ſub hoc prætextu fieret alienatio. not. etiam Doct. in Auct. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

*Sed antequam ad tertium propoſitum deueniam, dubitare quis poſſet, an extrauagans noſtra vſu fuerit recepta? Nã non eſt ſatis leges condere, ſed debent vſu obſeruari, & in*
67 *aſſuetudinem (vt ita dicam) deduci. l. de quibus §. inueterata ff. de legibus. §. igitur. in proœmio Inſtit. licèt enim lex ſit*
68 *quicquid Princeps diſponit animo condendi legem. l. 1 ff. de conſt. princ. l. ex ſtipulatione. C. de ſent. gloſ. in §. ſed, & quod principi. Inſtit. tit. de Iure nat. gent. &c. requiritur tamen, quòd vſu fuerit recepta; ſcimus nempe ab initio leges non receptas, vel poſtea deſuetudine ſublatas non deuincere*
69 *ſubditos ad ipſarum obſeruantiam c. in iſtis. §. leges. 4 di-*

C ſtinct.

ſtinct. ibi Domi. gloſ. in c. 1. de treg. & pace. gloſ. in l. rerum non nouarum. §. patroni. C. de Iudi.

70 Rocchus de Curte in c. fin. col. 82. de conſuetudine apertè tenuit, Extrauagantem noſtram vſu non fuiſſe receptam, qui tamen mirum immodum decipitur; Nam in Curia Roma

71 na videmus in ſingulos dies non locari ad longum tempus, non in feudũ, Emphytheoſimuè concedi eccleſiarum bona, niſi prius à ſummo Pontifice obtenta licentia, & ita etiam adnotabat Cagnol. in d. Auct. qui rem. num. 11. C. de ſacroſan. eccl. hoc etiam atteſtata fuit Rota Bononienſis deciſ. 13. num. 9. verſ. non obſtat. Petr. Anchar. Regien. q. 52. num. 12. in 2. pact.

Tertio ſuccedit loco, vt ad eam partem conuertatur oratio,

72 quam Greci ὑποκείμενον, noſtri ſubiectum Materiale dixere, ſeu materiam ſtratam nuncupant, videlicet ad alienationem rerum eccleſiarum, ideſt ad locationem, conductionem vltra triennium, ad infeudationem, ad contractuum Emphytheoticum, ſed locationi in primis accommodetur locus, & de ipſo perfunctoriè tamen non nulla percurramus.

DE

# DE LOCATIONE ad breue, & ad longum tempus. Cap. 2.

*SVMMARIVM.*

1 Locatio conſtituitur ad breue, ad longum tempus, & in perpetuum.
2 Contrariorum eadem diſciplina.
3 Locatio ad longum tempus, quæ ſit. & num. 9. 12. 15.
4 Quilibet præſumitur viuere vſque ad cẽtum annos.
5 Decrepitus quis dicatur.
6 Senectus proxima infirmitati.
7 Senectus quare odioſa.
8 Lex conſiderat quod eſt, non quod contingere põt.
10 Tempus longum dicitur Decennium.
11 Vltimum teſtamentum factum poſt decennium derogat priori cum clauſula derogatoria.
13 Voluntas, ſeu beneplacitum dicitur longum tẽpus.
14 In ſententia ſemel ſuſcepta quis præſumitur perſiſtere.
16 Paria ſunt quid fieri ſimpliciter, vel æquipollens.
17 Pretia rerum alterantur.
18 Furtum dicitur vnum, licet plures Res ſint furto ſublatæ.

19 Modicum dicitur arbitrio Iudicis, & ſic ſecundùm voluntatem conſtituentis modicum. & num. 20. 21. 22. 24. 25.
23 Incluſorum idem eſt iudicium.
26 Locatio non tenet, quòd quot anni, tot locationes.
27 Locatio ſimpliciter facta cenſetur ad modicum tempus videlicet ad annum.
28 Qualitatem deducens, debet illam probare. Quod fallit, & num. 29. 30.
31 Locatio ſimpliciter facta cenſetur de primis fructibus.
32 Locatio perpetua dicitur dupliciter.
33 Locatio perpetua tranſit ad qualemcunque hæredẽ.
34 Differẽtia inter locationẽ ꝑpetuã, & emphytheoſim.
35 Error non nullorum ſcribentium.
36 Placitum perpetuum eſſe poteſt.
37 Conductores in perpetuum dicuntur Perpetuarij.
38 Locatio in perpetuum parũ differt ab emphytheoſi.

1 *IN primis igitur illud ponendum erit, quòd locatio conſtitui poteſt ad breue, & ad longum tẽpus, & in perpetuum, & quia contrariorum eſt eadem diſciplina, l. 1. ff. de his qui ſunt*
2 *ſui vel aliæ Iur. c. tranſlato. de conſtitu. & ad poſitionem vnius, ſequitur neceſſariò poſitio alterius, ideo breuiter perquiremus, quæ dicatur ad longum tempus locatio, vt eodem tempore noſcamus quæ ad breue.*
3. 9. 12. 15. *Non nulli dixere ad longum tempus eſſe, vbi eſt*

*facta*

*facta ad vitam locatoris, uel conductoris, aut etiam alterius Bal. in l. 6 ff. de vſuf. Aret. conſ. 55. num. 2. Alex. conſ. 119. in fine. lib. 3. Deci. conſ. 204. Boer. deciſ. 234. & hāc communem opinionem eſſe atteſtatur Nauar. in c. 1. §. 1. de pœnit. diſtin. 5. num 6. Rationem autem reddunt interpretes*
4 *noſtri, quia quilibet præſumitur viuere uſque ad centū annos l. fin. C. de ſacroſan. Eccl. Deci. conſ. 575. num. 10. idem in l. 15. apud quem. C. eden. Bal. in c. quoniam frequenter, vt lit. conteſt. vbi atteſtatur talem præſumptionem tolli per publicam vocem, & famam.*

*Hæc ratio videtur in ſe habere aliquam difficultatem; fac enim eſſe quod in vitam alicuius ſenis ſit collocata, qui octuageſimum (vt puta) agat annum, qui & decrepitus appellatur l. maiores. ff. de Iur. immunit. Bald. conſ. 21. ibi etiam per Gram. not. in §. item maior. Inſtit. tit. de excuſat.*
5
6 *tuto, & infirmitati dicitur proxima, & ſic morte l. Senium C. qui teſta. face. poſſ.*

*Dicetur ne, & tunc etiam ad longum tempus? Videtur certè quod non; ſenectus enim ea de cauſa odioſa ſolet eſſe, quia haud procul abſit a Morte Cic. de ſenectute, ſed redeo ad*
7 *mortem impendentem, quod eſt crimen ſenectutis, & infirmitati dicitur proxima, & ſic morti. d. l. ſenium C. qui teſta. facer. poſſ.*

*Suſtinendo tamen hanc rationem, reſponderi poteſt, quod Ius non conſiderat, quòd ſenectus ſit proxima vel remota à Morte, quia etiam Iuuentus proxima eſſe poteſt; vide Ciceronem dicto loco; quāquam (ò bono Deus) quid eſt in hominis*
8 *vita diu; ſed conſiderat illud tempus ad vitam, & ſic*

*quod*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*quod eſt, non autem quod contingere poteſt.*

9 *Nonnulli, & ſecundo loco dixere locationem ad longum tempus eſſe, vbi eſt facta ad decennium, eſt gloſſ. in l. 2. ff. ſi ager. veſtig. vel emphy. Cardin. in Clement. 1. de reb. Eccl. non alien. & hanc communem atteſtatur Bar. in l. 1. §. quod autem ff. de ſuperfi. Caſtr. in l. ſi filio. §. ſi vir. in quinquennium. nu. 2. ff. ſol. matrimo. Arius. Pinel. in l. 1. par. 1. n. 6. C. de bonis mater. Alex. conſ. 17. lib. 4. Socin. Iuni. cōſ. 65.*

10 *nu. 2. lib. 2. & vbi Doctores noſtri de longo tempore loquuntur, ſemper de decennio intelligi debent, quod proprium dicitur longum tēpus. gloſ. in l. cum de in rem verſo. & ibi Scrib. ff. de vſur. gloſ. in l. ſi filius. C. de petitio. haeredi. in l. litibus. C. de Agric. & cenſi. lib. 11. & hac de re cumulatiſſima loquitur. Tiraq. de praeſcriptio. § 1. gloſſ. 4. ad finem.*

*Vnde in fine inferebat ipſe, quòd ſi quis fecerit teſtamentum cū clauſula derogatoria, & poſt decennium aliud condiderit teſtamentum, non habita mentione de clauſula illa derogato-*

11 *ria, quòd valet hoc vltimum, quia praeſumitur in teſtatore illius clauſulae obliuio, vt ibi per Tiraq. ſcribentes adducentem.*

12 *Tertiò dicitur ad longum tempus, quia eo pacto fit, vt duret quouſque locator voluerit, Maria. Socin. Iun. conſ. 63. nu. 11. lib. 1. Bart. & Iaſ. in l. ſufficit. ff. de condi. indeb. l. Iuriſperitos. ff. de excuſa. tuto. Arius Pinel. in d. l. 1. 3. par. n. 63. ad fin. ex regula ſufficit, & ibi Iaſ. ff. de cōd. indeb. & Dec. conſ. 104. in fine.*

13 *Haec enim voluntas, ſeu beneplacitum dicitur longum tempus, quae non reuocatur ex aliquo certo exiſtente, niſi ſuperuenien-*

te

*te morte.c.ſi gratioſæ: deſcrip.in 6.l.4. ff.locat. Mart.lauden.in repetitione rubr. de rei vendica.num.5.*

*Sed dubitari poteſt, quare iſta ad longum tempus dicitur. Exiſtimo id propterea dici, quia vnuſquiſque præſumitur per-*
14 *duraturus eſſe ea in ſententia, quam ſemel elegit: not. Scrib. in l. nemo poteſt de regul. Iur. in reg. quod ſemel. illo tit. in 6. in l. ſi quis Iuſiurandum. C. re reb. cred. Iaſ. in l. fin. col. 2. C. de codicillis, & eò maximè, quia præſumptio viget, quod cõtractum ſibi proficuum fecerit.*

15 *Quartò dicitur locatio ad longum tempus, vbi eſt facta ad nouem annos. ſeu ad octo, vel etiam ad breuius tempus cum pacto tamen, vt tempore illo finito, incipiat aliud tempus, & quod iniunctum excedit decennium dicitur locatio ad longum tempus. Card. in clem. 1. §. fin. de reb. Eccl. nõ alien. Fely. in c. quæ in Eccleſiarum de cõſtit. num. 85. Faber. in §. finitur. Inſt. tit. de vſufr. Aret. in l ſi quis ante. col. 1. ff. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 265. lib. 2. & ratio eſt, quia non attenditur illud adiectum ſecundum tempus, ſed illa adiectio, qua longum conſtituitur tempus; paria enim ſunt quod quid*
16 *ſimpliciter fiat, vel fiat per æquipollens. Bal. in l. ſi inſtitutorem in fine ff. ſi cert. pet. Bal. in l. 1. ff. de lib. & poſt. l. ſingulos & ibi Aret. ff. de teſta. & quando ſumus in bonis Eccleſiæ, vniuerſitatis, Collegij, locatio non poteſt denuò fieri durante adhuc prima, ideo debet expectari ipſam completam eſſe, tũ*
17 *quia pretia alterantur rerum l. pretia rerum. ff. ad l. falc. quo caſu agi poſſet de Eccleſiæ, & horum locorum damno, & quia poſſet etiam referri ad illud tempus, quo locator amplius locare nõ poſſet morte ipſius, vel fortaſſe crimine aliquo. Rebuff in*

*buff.in l. Neratius ff. de ver. ſign. & ſic in materia noſtra, ſi locatio fieret de tribus in tribus annis. dicetur prohibita, quia vna, & eadem eſt locatio ſub diuerſis temporum reſolutionibus, & vna verborum conceptione not. in l. ſenatus. §. fin. ff. de donatio. cauſ. mor. hinc eſt, quod ſi quis furatus fuerit*
18 *plures res, vnum eſt furtum l. inficiendo. §. infans de furt.*

*Verùm quia hoc ſimpliciter non eſt admittendum in terminis noſtris, vt citra decennium breue dicatur tempus, ideo videamus quodnam modicum dicatur tempus, & illud primò con*
19 *ſtitutum eſt, modicum dici arbitrio Iudicis l. ſi debitori. ff. de Iudi. dicitur etiam modicum ſecundum voluntatem, & arbitrium illius modicum conſtituentis, eſt tex. in l. locus. ibi etiã Rebuff. de verb. ſign.*

20 *Nonnulli etiam dixere modicum dici tempus ſpatium quinque annorum, & ideo prohibitus alienare, non poterit locare vltra quinque annos, ita atteſtabãtur Port. Imol. conſ. 61. quos refert Merzan. in epit. fidei. 2. par. q. 38. & adduci ſolet tex. in l. ſi quis nec cauſam. ff ſi cert pet & ibi Bud.*

21 *Alij verò dixere breue tempus eſſe ſpatium ſeptem annorum per tex. in c. fin. ne prelati vic. ſuas Gigas. in tract. penſio. q. 87. num. 7.*

22 *Non defuere alij ex ſcribentibus noſtris aſſerentes modicum dici omne tempus infra decennium. gloſſ. in l. 1. §. quid autem in verbo actio. ff. de ſuperf. lap. alleg. 80. Alex. in l ſi filiofam. §. ſi vir. n 25 ff ſol. matri. gloſſ. in c. 2 in verbo nõ modicum de reb. Eccle. non alien. in 6. & iſta opinio in genere videtur veriſsima, quia ſi longum tempus dicitur decenniũ, ergo neceſſariò breue erit omne tempus infra decennium, dici*

*enim ſo-*

25 *enim ſolet incluſorum idem eſt Iudicium l. aſſe toto ff. de hæred. inſt. tamen circa hoc mihi ſemper veriſſima viſa eſt opinio illa, quòd relinquatur Iudicis arbitrio, vt per Card. Zabr. conſ. 65. & Alex. conſ. 17. num. 7. vol. 4. idem Alex. in d. l. ſi filiofam. d. §. ſi vir. num. 25. qui de communi teſtatur, vt etiam ſuperius dicebamus, perſonarum, rerum locorum rationem per Iudicem habendam fore; Verùm quia infra ad verbum ab antiquo concedi ſolitis, quod ſupereſt, attingemus; ideo pergamus ad reliqua.*

*In caſu autem noſtro, quodnam dicatur longum tempus, ſeu breue ad effectum ne poſſint bona Eccleſiæ locari?*

25 *Dicendum eſt eſſe ſpacium trium annorum. ita tex. noſter, & nouiſſimè hoc determinauit ſacrum Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 11. vbi irritantur locationes ad longum tempus rerum Eccleſiarum, etiam confirmatæ Auctoritate Apoſtolica, & qui vltra tale tempus vult locare fructus Eccleſiæ, licentiam à Summo Pontifice debet habere, vt dicemus.*

26 *Sed quæritur, quid ſi fiat locatio cum pacto, quòd tot ſint locationes, quot anni, nunquid vltra triennium teneatur.*

*Tenendum eſt, quod non, nec illa cautela eſt tuta, quia cenſetur vnica locatio non obſtante tali pacto, quod quidem præſumitur appoſitum in fraudem. Fely. in c. quæ in Eccleſiarũ. col. antefin de conſt. Ruin. conſ. 57. col antepen. lib. 1. Cagn. in Auct. qui rem. C. de ſacroſan. Eccleſ.*

*Vltimò vnum illud reſtat videndum quid ſi fuerit facta locatio ſimpliciter, videlicet abſque aliqua temporis præfixione, nunquid ad breue, vel ad longum tempus ſit dicenda?*

27 *Tenuere Interpretes noſtri ad modicum tempus talem locatio-*

*nem eſſe tenendam, videlicet quod annua ſit dicenda. Maria. Socin. Iuni. conſ. 24. num. 3. vol. 2. per l. item quæritur. §. qui impleto ff. locat. arg. l. boues. §. hoc ſermone ff. de verb. ſign. l. legem. C. loca. & Bello. conſ 87. ad fin. ca ſcilicet ratione exiſtimamus; Qualibet enim diſpoſitio in dubio debet intelligi, quòd ſimpliciter ſit facta, & allegans*
28 *qualitatem illam, probare tenetur, quia nõ præſumitur clem. vna. de off. deleg. Scrib. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & Bar. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumine publico. Dec. conſ. 520. col. fin. quod autem ad longum tempus ſit facta locatio hæc eſt qualitas extrinſeca, quæ non præſumitur dictis Iuribus, locatio enim propriè eſt annua.*

29 *Quod tamen limitatur non eſſe verum; quandocunque conſuetudo in contrarium eſſet. Alex. conſ. 167. col. 1. vol. 1. conſ. 306. num. 29. vol. 1. Quòd etiam ſi talis eſſet fundus, à quo fructus non perciperentur, niſi profecto ſecundo*
30 *anno, & profectò idem eſſet dicendum, ſed quoad duos dicetur annos in ruſtico ſcilicet fundo; quia collectio fructuũ attenditur, & adhoc optimè, quadrant quæ addidit Alex. ad Bart. in l. dotis promiſsio ff. de Iure Dot. Fely. in c. 2. de treg. & pace, argumento à contrario ſenſu deſumpto idem denotat. Quòd ſi fiat annualis locatio, quæ bis in anno pariat iuxta illud poetæ.*

31 *Bis venit ad mulctam, binos alit vbere fætus. Locatio de primo dicetur fætu; & ex his apparet quæ ad longum tempus dicatur locatio.*

*Supereſt, vt de locatione in perpetuum verba faciamus, de qua per ſcribentes noſtros in l. 1. C. de Iure Emphy. & præcipua*

*cipuæ Iaſ. num. 34. Socin. Iun. conf 63. num. 11. lib. 2.*
32 *Talis locatio poteſt dici perpetua dupliciter; primò namque vbi ex verbis id colligitur, vt puta, ſi verbum in perpetuum habeat, eſſe poteſt, vt quis titulo locationis penſionem ſoluat, & hoc perpetuò duret; nemo eſt qui dubitet hanc*
33 *perpetuam eſſe locationem; nam tranſit ad qualemcunque hæredem. l. viam veritatis. C. locat. neque dicendum erit eſſe contractum emphyteoticum, quia maxima conſtituitur differentia; nam contractus dicitur locationis, vbi pen-*
34 *ſio reſpondet fructibus. gloſ. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperfi. ſin autem ſit modica, dicitur tunc temporis emphyteoticus contractus. Bal. in c. lucrum. de dilat in 3. col. Iaſ. in præcitata l. 1. C. de iur. emphyt. Et ex his apparet quàm perperam dixere nonnulli ex ſcribentibus idem eſſe locationem ad lon-*
35 *gum tempus, quod in perpetuum, vt nouiſſimè vicen. Caræcius in tract. locati. verſ. ſimilitudo locationis, & cet. num. 11. Quis enim ſanæ mentis vnquam dicet verbum perpetuum poſſe de ſui ſignificatione certo terminari tempore? l. 8. ff. de vſufr. Aſius Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 65. C de bon. mater. Barba. conſ. 20. vol. 4.*

*Alio modo dici poteſt perpetua, vt quando partes conueniunt*
36 *de locatione duratura, quouſque partibus placuerit; huiuſmodi placitum perpetuum eſſe poteſt; tacito enim conſenſu, ſicut locatio, poteſt renouari l. item quæritur. § qui impleto ff. locati. l legem in fin. C. illo tit. multo magis expreſſo conſenſu; Neque negotium facit, quod dictio illa perpetuò, ſicut ſemper, aſſiduè, & aliæ ſimiles, non ſemper perpetuitatem denotat; illud quidem verum, vbi ſubiecta patitur*

*materia, ſed non in caſu noſtro, facit ad hoc.c nunquam. de conſe. diſt. 5. ibi gloſ. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

*Minus obſtat, quod locatio in perpetuum non differat à locatione ad longum tempus; quoniam illud procedere affirmabimus quò ad dominium vtile. in vtraque nempe transfertur in conductorem, vt per Socin. Iunio. conſ. 56. 2. par. 819.*

37 *Vltimò conductores in perpetuum dicuntur perpetuarij. l. fin. l. 1. & l. 3. C. de locat. pred. ciuil. lib. 11. Iſta igitur locatio perpetua ab emphyteoſi parum, vel nihil differt, niſi differentiam conſtituamus in penſionum ſolutione. Imol. videndus.*
38 *in c. nulli. in 3. col. & in c. ad audientiam. col. 1. de iur. emphyt. Ibidem quoque Iaſ. num. 34. verſ. an autem. hæc omnia dictitabat Decian. conſ. 123. num. 13. vol. 3. ſed iam finem huic locationi dantes ad emphyteoſim noſtra conferatur oratio.*

DE

# DE EMPHYTEOSI.

## Cap. 3.

*SVMMARIVM.*

1 Quid nominis videndum in qualibet re.

2 Emphyteoſis vnde dicatur.

3 Datio in liuellum quid.

4 Emphyteoſis conſtituitur in rebus ſoli.

5 Dominus præfertur in venditione rei emphyteoticæ cæteris emptoribus, ſic & fructuum. Fallit, & num. 7.

6 Dominus non expectat conſenſum Emphyteotæ in venditione Emphyteoſis.

8 Dominus directus, & vtilis in emptione quis præferatur.

9 Offitium Iudicis, vel Actio in factum quando competant.

10 Diuites poſſunt cogi ad erogandas eleemosynas.

11 Emphyteota poteſt agere rei vendicatione.

12 Emphyteota præfertur cæteris Domino vendere volente.

13 Appellatione alienationis venit datio in Emphyteoſim.

14 Dominus directus præfertur alijs creditoribus in exigendo cenſum.

15 Con-

15 Contractus Emphyteoſis pluribus modis celebrari poteſt. & num.16.17.31.35.37.
17 Durante tempore conceſsionis Impetrans non poteſt alienare rem impetratam, aliàs cadit à iure, & num.18.20.25.28.30.
19 Emphyteoſis quando tranſit ad extraneos.
21 Alienatio quomodo imputetur in legitimam.
22 Voluntas cum damno alterius mutari non poteſt.
23 Caducitas ex ęquitate remittenda.
24 Clerici in pœnalibus tenaces eſſe non debent.
26 Traditio reddit duriorem conditionem hominis.
27 Inter bonos bene agier oportet.
29 Emphyteota an poſsit permutare rem.
32 Emphyteoſis an pręſumatur perpetua, vel temporalis, & num.33.34.
36 Emphyteoſis ad generationem, illa finita, terminatur.
38 Emphyteoſis Eccleſiaſtica, vel profana, & differunt inuicem, & num.39.44.
40 Emphyteoſis de ſui natura non tranſit ad extraneos hæredes.
41 Filius legitimatus an admittatur ad ſucceſsionem. & num.42.
43 Emphyteoſis quando non veniat in reſtitutionem fideicommiſsi.
44 Emphyteota ceſſans ſoluere cenſum per biennium, cadit à iure, ſed qnid ſi plures, & vnus tantum ſoluit. & num.45.

46 Cadu-

46 Caducitati renunciatum quando cenſeatur.
47 Per non ſolutionem aſsis caditur in commiſſum.
48 Recognitio fit tam reſpectu magnæ quantitatis, quàm paruę.
49 Emphyteoſi conceſſa, non ſeruatis ſeruandis, an Emphyteota debeat perſoluere canonem.
50 Commiſſum habet locum non facta ſolutione integraliter ob nummum. Fallit. & num. 55. 56.
51 Errans in vno, in omnibus dicitur reus.
52 Solutione probata per tres præcedentes annos, cenſetur de præterito, & num. 53.
54 Comiſſum ceſſat Domino ita volente.
56 Paupertas excuſat à comiſſo.
57 Emphyteota an teneatur ſoluere penſionem, ſi non poſsideat rem.
58 Hæres ſi ſine culpa tardè adeat, excuſatur:
59 Annatam ſoluere quis non tenetur, niſi beneficio fruatur.
60 Detentoris ſolutio prodeſt iuridicè inueſtito.
61 Solutio à quolibet facta ſufficit ad conſeruandum ius Reale.
62 Ignorantia non excuſat à comiſſo.
63 Solutio celeris excuſat à caducitate, & num. 64. 65.
66 Anni quomodo attendantur in Emphyteoſi.
67 Bellum an excuſet à ſolutione canonis. & num. 68.
69 Re Emphyteotica male vtens, illa priuatur, & amittit melioramenta.
70 Modica deterioratio non attenditur.

71 Pro modico contractus non reſcinditur.
72 Res quando dicatur fieri deterior:
73 Deterioratio quæ ſufficiens, ſtatur Iudicis arbitrio.
74 Deterioratio debet eſſe reſpectu rei, non fructuum.
75 Deterioratio doloſè debet eſſe facta.
76 Vna res ex pluribus deteriorata nocet.
77 Emphyteota incidens fructiferas arbores priuatur, & num. 78. 79.
80 Emphyteota negans rem emphyteoticã, priuatur.

*SUccedit modo, vt de Emphyteoſi nonnulla licèt breuiter, vtiliter tamen dicamus.*

*In Extrauaganti noſtra prohibetur etiam, ne Eccleſiaſtica bona in Emphyteoſim dentur.*

1 *Et quia in qualibet re in primis videndum eſt quid nominis. Scrib. in §. eſt, & aliud Inſt. tit. de Donat. dicimus Em-*
2 *phyteoſim dici à verbo greco* ψφυτιύσιο*, quod eſt inſero, et inde* ψφύτιυσις*, quod eſt plantatio, ſeu inſertio: Ab initio enim Domini directi concedebant locã ſterilia, vt accipientes illa, nouas plantando arbores, inſerendo vites, vel quid ſimile, fructifera redderent, & alio nomine dicitur*
3 *datio in liuellum, vt per Dec. conſ. 146. num. 2. Pariſ. conſ. 77. num. 12. lib. 3. Scrib. in Auct. qui rem. C. de ſac. ſan. Eccle. Anchar. conſ. 249. in q. ad finem c. 1. §. do-*
4 *nari. qual. olim feu. amitt. Pariſ. conſ. 23. vol. 4. & conſtituitur ſolùm in rebus ſoli, ideſt in immobilibus. Scrib. in §. adeo Inſt. tit. de Actio. in c. potuit. inſ. locati.*

*Emphyteoſis etiam dicitur habere ius proximum dominio, & dicitur*

*dicitur Ius Emphyteoticum, cuius iuris virtute ſi dominus*
5 *voluerit rem vendere, Emphyteota præfertur alijs em-*
*ptoribus, ita dicebat Spec. in tit. de Emphyteoſi. §. nunc*
*alia. verſ. 93. Angel. in l. congruit. C. de locat. præd ciuil.*
*lib. 11. Boer. deciſ. 107. num. 1. ſic è contra Emphyteota*
*debet potius vendere fructus domino, quàm alijs, iuſto ta-*
*men pretio. Rom. in l. 1. ff. ſol. matr. l. 1. C. de metellarijs.*
*lib. 11. Caſtr. conſ. 4. verſ. præterea.*

*Sed nunquid domino directo vendere nolente, ſit expectandus*
*conſenſus iſtius Emphyteotæ.*

*Dicimus quod non, ſequeretur nempè quòd idem operaretur do-*
*minium vtile, quod directum, quod non eſt verum, ita di-*
*cebat Sarmient. Selet. interpret. lib. 3. c. 7. num. 4. illud etiã*
*inſerendum erit, ſi Emphyteota diſponere de fructibus ve-*
7 *lit, vel de re Emphyteotica, nũquid poſſit; ſi dominus nolit*
*idem perſoluere, quod alius perſoluat, poteſt alteri conce-*
*dere, neque domini requirere aſſenſum. Abb. conſ. 74. lib.*
*1. dec. conſ. 60. num. 2. pri. par. Illud autem conſtituen-*
*dum erit, ſi Emphyteoſis vendi debet, & ad emptionem*
*concurrat dominus directus, & vtilis, ſi per Emphyteo-*
8 *tam alienetur, dominum directum præferri debere, ita De-*
*cian. conſ. 48. num. 3. vol. 1. l. vlt. C. de Iur. Emphyteoſi.*

*Pro hoc autem iure Emphyteotico vtilis actio datur. §. nanq;.*
*Inſt. tit. de Actio. l. 1. ff. ſi ager vectig. l. 1. ff. de ſuperfi.*
*Franc. duar. diſput. aniuer. c. 7.*

*Quod tamen ex lege intelligi debet; nam de per ſe contractus*
*iſte non erit ſufficiens, vt actionem daret, niſi acceſſiſſet*
*Zenonis lex, quæ eſt prima lex. C. de iur. Emphyt. Iaſ. in*

l. Iuriſgentium. §. quinimo. num. 17 ff de pact. in d. l. 1. nu. 68. Clar. in §. Emphyteoſis. q. 47. Quotieſcunque enim
9 æquitas ſuadet actionem, aut aliquid fieri, datur remedium officio Iudicis, vel actionis in factum, vel certi condictio ex lege fundata ſuper æquitate naturali. l. qui ſeruandum l. ſolet l. quoties. vbi gloſ. ff. de præſcript. verb. l ſi me, & Titium. ff. de reb. cred. l. hæreditas ff. de petitio hære. c. ſicut ij. 47. diſtinc. in verb. eſurientium gloſ. in l. nemine. C.
10 de ſacroſan. Eccle. quæ tenet diuites poſſe cogi ad eleemoſinas erogandas pauperibus fame laborantibus. hoc idem referebat Nauar. de reddit. Eccle. Monitorio. 6. num. 2.
11 Cum igitur Emphyteota vtile Ius habeat, euenit quòd agere poſſit rei vendicatione, & omne interdictum ſibi competat. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. vel Emphy. l. 1. §. 1. & §. quod ait prætor ff. de ſuperfi. Spec. illo. eod. tit. §. 5. Sic etiã
12 fit, vt præferatur omnibus alijs domino vendere volente. Spec. in tit. de emptio § nunc alia. verſ. 93. Ang. in l. congruit. C. de locatione, prædio ciuil. lib. 11. & appellatione
13 alienationis venit datio in Emphyteoſim ita, quòd alienare prohibitus nõ poſſit, in Emphyteoſim dare. tex. et Abb. in c. nulli. de reb. Eccle. non alien. Illud etiam prætermiſſum à nobis minimè erit in exigendis cenſibus Dominum directum
14 præferri alijs creditoribus, licèt anterioribus, & expreſſam habentibus hypothecam l. etiam. ff. qui potiores in pign. habe. l. 1. C. ſi prop. publi. penſ.
15 Iſte contractus pluribus modis celebrari poteſt; nam determinatam non habet naturam. Natta. conſ. 49. num. 18. & 114. num. 6. Burſa. conſ. 122. num. 13. natura enim rei

geſta

*geſtæ eſt genus; Inueſtitura autem eſt ſpecies; generique per ſpeciem derogari haud ignoramus. Socin. conſ. 50. lib. 3. & in eo maximè inſpicitur, quòd inter partes eſt conuentum. l. 1. 2. & 3. C. de Iur. Emphy. §. adeo. inſtit. locati. ſicut in omnibus alijs materijs pacta, quæ turpia non ſunt, debent ſeruari. l. Iuriſgeutium. §. præter ait ff. de pactis; igitur ex voluntate contrahentium vario modo conſtitui poteſt.*

16 *Primò Emphyteoſis celebrari ſolita eſt ſimpliciter, ideſt ſine aliqua temporis præfixione, vt puta, concedo tibi hanc rem in Emphyteoſim; ita dicebat Particenſis in l. apud Iulianum. §. ſiquis alicui ff. de leg. 1. num. 9. & per Clar. in d. §. Emphyteoſis. quæſt. 28.*

17 *Secundò ad certum tempus, vt ad centum annos Azzo. tit. de Iur. Emphy. num. 4. Iaſ. in l. 1. col. 2. verſ. aduertendum. C. de Iur. Emph. & durante iſto termino non poteſt vendi, donari, permutari per impetrantem l. fin. C. de Iur. Emph. c. potuit inſ. locat. irrequiſito ſcilicet domino, aliàs cadit à vire ſuo. Socin. Iun. conſ. 70. num. 14. lib. 3.*

18 *Quod tamẽ debet intelligi, vbi tradidit poſſeſſionem, non antea Ant. de Butr. conſ. 43. de Iure Imol. in c. potuit. de locat. Alex. conſ. 173. col. 2. lib. 2. Tiraq. de Iur. conſtit 3. part. 26. limitat. Boer. deciſ. 3. num. 5. 1. par. & talis emphyteo-*
19 *ſis tranſit ad extraneos hæredes vſque ad præſtitutum tempus.*

20 *Quod verum, licèt poſtea rem redemerit. Dec. conſ. 160. num. 6. vbi de cõmuni. 186. 604. Ruin. conſ. 145. lib. 4. Ripa. in l. cum bona poſt. num. 20. ff de priuileg. cred. Guid. pap. conſ. 192. Iaſ. conſ. 29. lib. 1. Socin. Iun. conſ. 70. num. 14. lib. 3.*

*lib 3. Rolan.conſ. 17.num. 12 lib.2.& ſic talis facta redemptio ſibi nequaquam prodeſt, ſicut ferè in ſimili dicemus de grauato filio, qui alienauit bona reſtituenda, quæ tamen ante euentum reſtitutionis redemit non obſtante tali ſubſecu*
21 *ta redemptione, imputantur iſta alienata ſibi in legitimam Socin in l. Marcellus.§. res quæ ff. ad Trebel. Ripa. in l. in quartam num 107. Socin.num.90.qui de communi.ff. ad legem falci. Fabian. de Monte in Auct. nouiſſima. num. 113. C. de inoff teſt quia iſte ſemel declarauit voluntatem*
22 *ſuam, quam deinde cum alterius damno mutare minimè poteſt l nemo poteſt, & ibi Cagn.& alij.ff.de reg. Iur. c.mutare eod.tit. in 6.*

23 *Tamen ex æquitate caducitatem ei remittendam nonnulli exiſtimauere, vt per Butr. conſ. 34.quando ſcilicet aliter non interſit domini,& addit.ad conſ.Decij conſ.160.num.6. & hoc maximè in Emphyteoſi eccleſiaſtica, quia clerici in*
24 *pœnalibus tenaces minimè eſſe debent c. fraternitas 12 q. 2. Sed quid dicendum, vbi Emphyteota alienat, proteſtatur tamen alienationem effectum ſortituram, tunc temporis, vbi per dominum præſtitus fuerit conſenſus, an inquam à caducitate excuſandus ſit?*

25 *Bal in c Cumana.col. 3.verſ & prædicta, occurrendo huic dubitationi, tenuit eundem omnino caducitate plectendũ; vbi*
26 *enim fit traditio rei, durior redditur conditio domini, & talis proteſtatio vti fraudi obnoxia non attenditur; nam ex*
27 *æquo, & bono tunc res non geritur, & inter bonos bene agere oportet.not.in l.ſi ita quis.§.ea lege de verb.oblig. Dec.conſ. 60.1.par.num 4.*

28 *Hoc idem, vt caducitas locum ſibi vendicet, conſtitutum eſt, non ſolum, ſi facta ſit alienatio, vt dicebamus, ſed etiã ſi locatio ad longum tempus; Emphyteota, vt nequit aliena re, ita neque ad longum tempus locare Alex. conſ. 120. viſis in fin. lib. 3. dec. conſ. vltimo num. 3. in 1. part.*

29 *Sed nunquid emphyteota permutare valebit rem emphyteoticam, & permutando priuetur?*

*Quòd non priuetur Bal. in l. ſi domus. § fin. ff. de leg. 1. Imol in c. potuit tit. locat. col. 9. maximè tamen quando à Domino non poſſet illam habere rem in permutationem, quam ab alio poterat habere Abb. conſ. 74. num. 1. col. 2. Dec. conſ. 160. num 1. 2. Decian conſ. 5. num. 66. vol. 3. ſecus ſi ſimulatè, & fraudulenter facta eſſet permutatio, ſeu pretium interueniret; tunc enim in commiſſum cadere affirmabimus Dec. in prææalleg. conſ. 160. Alex. conſ. 197. colum. 1. num. 7.*

30 *Sed quid tenendum, ſi vendicatio emphyteoſis fuerit facta cum pacto de retrouendendo; non incidit in pœnam; ita aſſerebat Bal in l. ab emptore in princ. verſ. & hoc nota. ff. de pactis Dec. conſ 88. pro tenui. conſ. 160. num. 3. 1. vol. Dec. reſp 9. col. 2. nu. 75. idẽ dici ſolet de vaſallo (vt infra dicemus) tunc enim ſimpliciter vſumfructum vendidiſſe magis uidetur, & commoditatem illam percipiendi fructus, quàm illud ius. Bal. conſ. 82. proponitur. 2. col. ver. item pactam allegat. l. 1. C. ſi pig. pig. dat.*

31 *Aliquando conceditur in perpetuum ſimpliciter. Aliquando in perpetuum ſecundum pacta de petenda inueſtitura de nouo, ſeu de renouando. § neque illud in Auct. de non. alien.*

32 *Quid*

32 *Quid autem dicendum, ſi eius origo non appareat, an præſumẽda erit perpetua, an verò temporalis?*

33 *Perpetuam fore tenuit Angel. in Auct. de non alien. §. emphyteoſim. Guliel. de Cuneo, Ang. in l. qui luminibus. ff. de ſeruit. vrba. præd. vt per Couar. variar. reſol. cap. 10. lib. 3. nu. 4. niſi tamen, vt ibidem atteſtatur, contrarium diſponeret*
34 *regionis conſuetudo, quæ vti optima legum, & actuum humanorum interpres, & moderatrix ſeruari debet.*

35 *Aliquando conceditur in certam generationem, & hoc caſu fi*
36 *nita generatione, finitur & emphyteoſis, ut per Clar. d. §. & q. 28. verſ. ſecundo modo.*

37 *Aliquando ad incertas perſonas etiam Azo. in d. loco num. 4. Præpoſ. Alex. in c. nõ debet de conſang. & affinit. Iaſ. in l. 2. nu. 166. C. de Iur. emph. ſic pro maſculis aliquando, pro feminis quãdoq; aliquãdo ſimpliciter, & tunc tam ad maſculos, quam ad feminas ſpectare dixere ſcribentes noſtri, vt latè per Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 18. in princ.*

38 *Tertiò illud videndum ſe offert, quod emphyteoſis conſiderari ſolet vel quòd ſit profana, vel quòd ſit eccleſiaſtica. ſcrib. in d. Auct. qui rem. C. de ſacroſan. Eccle. in l. 1. C. de Iure emph. & de profana non in Extrauaganti noſtra, ſed bene quidem de eccleſiaſtica tractatur, & inuicem differunt, vt mox dicemus.*

39 *Primò differunt inter ſe; nam Eccleſiaſtica Emphyteoſis non tranſit ad hæredes extraneos, ſed ſolum ad deſcendentes. gloſ. Bar. Bal. Ang. in l. etiam. ff. ſolut. matr. Bald. in l. 1. C. de iur. Emphyt. vbi dicit hoc eſſe verum, niſi contrarium ſit expreſſum in conceſſione, vbi ſcilicet ſine temporis præfi-*

*xione*

*xione fuit conceſſa, vt ſupra diximus. Caſtr. conſ. 124. Aret. in l. quod igitur. ff. de verb. oblig. Bal in l. 1. ff. ſi ager vectig. Aret. in l. ſi filius qui patri in 7. col. ff. de vul. & pupil. ſubſt. Riminal. iunior in rubr. quib. alien. lit. vel non num. 348.*

40 *Illud tamen aduertendum quòd de ſui natura ad extraneos nõ tranſit hæredes §. Emphyteoſim in Auct. de nõ alien. reb. eccleſ. Alex. conſ. 9. lib 2. Ruy. conſ. 158. & 169. num. 2. lib 1. Socin. Iun. conſ. 71. lib. 1. Imol. in l. ex facto, nu. 14. in fin. ff. de hæred. inſt. Ruy. conſ. 23. nu. 34. conſ. 68. num. 10. lib. 5. Alex. conſ 23 num. 4. lib. 5. Affli deciſ. 100.*

*Sed quid ſi hæres ſit filius non tamen legitimus, ſed legitimatus, nunquid vti ſuus hæres admitteretur ad hanc ſucceſſionem?*

42 *Profectò quidem non admitti voluit Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Anchar. conſ. 242. ex tenore col. penult. & conſ. 428. col. penul. & latè Dec. conſ. 171. in prin. & illud notatu dignum erit, quòd ſiue verſemur in emphyteoſi eccleſiaſtica, ſiue in profana vbicunque*
43 *non eſt ad extraneos tranſmiſſibilis, non venit in reſtitutione fideicommiſſi extraneo facienda Ruy. conſ. 161. nu. 6. & 8. lib. 2. Scribentes in l. ſi patroni. ff. ad Trebel. minuſque ex delicto per fiſcum apprehendi poteſt. Rimi. iun. conſ. 44. nu. 34. & ſeq. fiſcus enim eſt loco hæredis extranei Alex. cõſ. 23. lib. 1. Ruy. conſ. 117. num. 4. & nu. 19. lib. 1.*

44 *Secundò differunt, quia emphytheota Eccleſiæ ceſſans ſoluere per biennium cadit à Iure ſuo, id eſt amittit emphyteoſim: c. potuit inſ. locat. c. aut qui 10. q. 2. c. querelam de iur. iurã. Quid autem ſi ſunt duo, pluresue, & vnus ſoluerit, alius*

*autem*

*autem per biennium ceſſauerit, nunquid totam Emphyteoſim vendicabit vti deuolutam Eccleſiæ.*

*Barth. Brix in quæſt. Domi. q. 45. exiſtimauit partem tantum non ſoluentis vendicare poſſe, niſi tamen Prælatus facto ſciens cum Canonicis alterius ſocij partem exegerit, tunc*
46 *enim, & caducitati renunciaſſe videtur. c ſuam ad nos. de pœnit. l. penult. ff de inoff. teſt. videndus tamen eſt Bar. in l. fraudari. §. prius. ff. de publican. idem vna cum Bal. & Ang. in l. ſi neceſſitas. §. ſi vnus. ff. de pignor. actio. priuatur ſoluens, etiam ſi res indiuiſibilis erat, ſed ipſe aget contra ſocium ad intereſſe iudicio familiæ erciſcundæ. Bal. in l. 1. §. 1. C. famil. erciſ.*

47 *Sed quid dicemus. Emphyteota aſſem vnum ſoluere in ſingulos annos onere præmebatur, non ſoluit per biennium, an Emphyteoſis iacturam feciſſe dicemus?*

*Profectò quidem. Bal. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. Eccleſ. idem in l. cum alleg. in 7. q. C. de vſur. & in rub. C. de contrah. Empt. in 10. q. Aſſis enim huiuſmodi ſoluitur in recognitionem dominij directi. Bar. in l. 1. C. de Iur. Emphy. non tantum aſſis attenditur, ſed ſpretum non exhibitæ reuerentiæ erga dominum, & Dec. in d. Auth. qui rem. num.*
48 *18. & recognitio dominij fieri poteſt tàm in magna, quàm in modica re, & ibi Dec. ſin autem duo ſunt ſocij, & vnus ſoluerit, integrum canonem pro conſocio etiam, emphyteoſis non reuertetur ad ipſum, ſed repetet à moroſo ſocio partem canonis eius nomine ſoluti. ita Imol. in c. potuit. ver. ex prædictis tit. locat.*

49 *Sed quid tenendum erit, Emphyteoſis fuit conceſſa non ſeruatis*

ſeruandis,

*ſeruandis, an Emphiteota teneatur ſoluere canonem?*

*Teneri ab omnibus receptum habemus; ratione enim per ſoluendi canonis perinde eſt, ac ſi ſolenniter fuiſſet facta conceſſio Bart. Bald. Caſtr. in l. ſi colonus ff. locati. Socin. in l. diem functo de off. aſſeſſor.*

*In profana autem requiritur ſpatium trium annorum leg. 2. ibi Docto. C. de Iur. Emph. Dec. in d. Auct. qui rem n. 6. C. de ſacroſan. Eccleſ. & talem iacturam euitare non poſſe fatentur nonnulli ex doctoribus noſtris, licèt iſte, qui in ſoluendo moram contraxit, priuilegio ſummi Pontificis eſſet munitus; vt per non ſolutionem canonum, non priuetur emphiteutica re ita Bal. in l. ſi à te C. de pact. inter empt. & vendit. Bertrachin de Gabell. nu. 42. in 7. par. prim.*

*Ampliatur licèt etiam ſoluerit totam Emphyteoſim excepto*
50 *vno nummo, in omnibus reus dicitur. Dec. cyn. Bar. Bald. in d. Auct. qui rem Bal. in l. quamuis. ff. de cond. & demonſt. in l. cum allegas. C. de vſur. idem in rubr. C. de contra. empt. q. 10. Oldrad. conſ. 29. Alex. in l. in executione. §. item ſi ita ff. de verb. obli. Rimin iunior in §. 1. num. 4. de donat. Bald. in c. ſignificante in fin. de reſcript. qui totum non ſoluit, dicitur partem ſoluiſſe, & ſolutionẽ partis liberationem non præſtare indubitati Iuris eſt l. quamdiu. C. de diſtract. pigner. leg. in executione. §. pro parte ff. de verb. oblig. ibi inquit Iuriſconſultus aliquid ſolui non poſſe, niſi totum ſoluatur; & ad rẽ noſtram dici ſolet, qui in vno errat, in omnibus reus factus*
51 *eſt, & teſtis in vno de ſubſtantialibus falſus, in omnibus dicitur falſus Millus in Repertorio ver. teſtis. probata autem ſolutione per tres præteritos annos præſumitur ſolutionem fa-*

52 *Etam fuiſſe in præterito, ita quòd pro ſolutione eſt iudicandũ gloſ. in l. 2. C. de Iur. Emphyt. l. 2. C. de Apo. lib. 10.*

53 *Tamen hoc verum dicemus, vbi diſtinctis, & ſucceſſiuis annis tribus facta eſt ſolutio; ſin autem vna vice repertum ſit factam eſſe ſolutionem pro annis tribus, tunc euaneſcit talis præſumptio. Bald. in l. 2. C. de dotis promiſſ. & de hac re Bauer. in tract de mora. num. 11.*

*Iſta tamen eo moderamine ſunt temperanda, vt latè Tiraq. in tract. de Iudicijs in rebus exiguis car. 55. quando dominus velit, quòd commiſſum præualeat, aliàs commiſſum non ha-*
54 *bet locum; in manu nempè domini eſt declarare, vel nonnun quid caducitati locum eſſe cenſeatur. d. l. 2. cum glo. C. de iur emphyt. Bald. in l fin. num. 4. C. de reuocat. donat. Alexandrin. in c. Agatoſa 63. diſtinc. Caſſad. latè deciſ. 2. & ſeq. tit. locati. Socin. Iun. conſ. 3. in prin. 2 parte Corn. conſ. 115. in princ. vol. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur. nu. 8. C. de reuocan. dona. Aret. in l. 2. C. de Iur. Emph. Rimin. iun. in d. §. 1. num. 22. de Donat. Deciſ. Putei. 181. lib. 1. ſic*
55 *pari ratione vbicunque per errorem non eſſet de huiuſmodi nũmo facta ſolutio Barb. in proœ Clem. col. 5. in 1. lectione, & col. 10. in 2. qui de facto conſuluiſſe ita atteſtatur, & non tantum rei iacturam patietur, verùm quoquè melioramenta ſi quæ fecit, amittet, Dec. in l. qui rem. num. 14. C. de ſacroſan. Eccleſ.*

56 *Aliquando, & ſecundo loco excuſatione dignus cenſeri debet emphyteota, quando paupertate oppreſſus debitum canonẽ perſoluere nequierit Bal. in c. querelam de iur. iur. Marſ. cõſ. 29. lib. 1. Sed quid dicemus Emphyteota per tres, & vltra*

annos,

57 *annos, vbi emphyteoſis ſtipulata fuit, poſſeſſionem rerum aſſequi nequiuit, prædonem fortaſſe deteriorem offendit, nunquid pollicitum canonem ſoluere tenebitur, alioquin beneficio ſpoliatum aſſeremus?*

*Nequaquam ita tenendum, de iure.n. reſpondendum putamus, debet nempè intelligi vbi poſſeſſionem fuerit aſſequutus, re que vti poſſit; pactum enim illud ita ſuppleri debet, eſt in ſimili tex. in l. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtat. liber: factum hæredis tardius adeuntis hæreditatem ſine dolo, non vitio vertitur, ſi iuſſum ſit intra triginta dies cuidam dare à morte teſtatoris facit l. tali. ff. de iur. dot. vbi annus computandus eſt à die celebratarum nuptiarum, facit gloſſ. in l. fin. verbo delata. C. de iur. deliber. l. ſi hæreditas eius. ff. de ſtatu liberor.*

59 *Hinc etiam habemus, quòd quis annatam perſoluere non tenetur, niſi beneficio fruatur. Ant. Gabriel. lib. 2. com. concluſ. tit. de iur. iuran. concluſ. 10. ſed quid dicendum ſit, vbi res à maioribus ſuis fuit poſſeſſa, tamen offendit à tertio vſurpari, dicimus, tunc debitum debere perſoluere canonem, vel depoſitum facere, ita Corn. conſ. 115. 1. par.*

*Tamen Socin. Iun. conſ. 170. par. 1. nu. 10. 11. 12. 13. 14. contrarium tenuit, & in ſpecie contra Corneum, eſt bene quidem*

60 *verum, ſi ipſe non ſolueret, & detentor ſolutionem fecerit, huiuſmodi ſolutionem ſibi prodeſſe, ita quod commiſſum locum non habeat. Bal. in l ſolemnibus. C. de rei vendicat Cor. in d. conſ. ad fin. vbi enim verſamur in conſeruatione iuris*

61 *realis, non refert à quo fiat ſolutio. Socin. Iun. conſ. 70. num. 2. volum. 1.*

*Ad hæc & tertiò ſi ſucceſſor habuerit iuſtã cauſam ignorantiæ,*

F 2 quòd

62 *quod res emphyteotica eſſet, tametſi dicemus in commiſſum incidiſſe, vt per Corn. conſ. 115. 1. par. nihilominus ob iuſtã ignorantiam in integrum reſtituetur, vt per dictum Corn. ad fin. & ita ſcriptum etiam reliquit Bal. in l. 2. de Iur. emphy. & ita etiam Decian. Reſp. 57. nume. 2. volu. 3. videamus gloſ. in d. l. 2. Dyn. in cap. cum quis de regul. iur. in 6. Bart. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obligat. Rom. conſ. 166.*
63 *in vlt. verſ. Anchar. conſ. 134. num. 5. caducitatem tunc euitaturum affirmabimus, vbi moram celeri purgabit ſatiſfactione, not. in c. potuit. tit. locat. Clar. in §. emphyteoſis. q. 8. in fin ſic etiam ſi inter partes fuerit conuentum, quòd per non ſolutionem intra biennium expelli nequeat, niſi in primis, &*
64 *ante omnia facta fuerit interpellatio.* Innoc. *in c. potuit tit. locat. num. 57. Corſet. in ſing. in verb. emphteoſis. lib. 2. Alex. in l. ſi inſulam num. 19. in 6. fall. de verb. oblig. diximus inquam in Eccleſiaſtica, niſi reſolutio fuerit facta infra bien*
65 *nium, emphyteotam iacturam emphyteoſis facere, ſed quando hoc biennium currere, ſeu incipere aſſeuerabimus?*

*Aſſerunt interpretes noſtri, non annorum naturalis curſus atten*
66 *dendus eſt, ſed quidem natura recolligendorum fructuum; fac enim eſſe, vt infra duos annos fiat prouentus, tunc duo anni pro anno habebuntur; de hoc reſponſ. habemus Rolan. 87. num. 20. & ſeq. vol. 2. Dec. in Auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. Rimi. iun. conſ. 169. in prima parte, ſed quid tenendum, viget bellum, ex re emphyteotica nulla percipitur*
67 *vtilitas emphyteota cenſum tamen perſoluere debitor erit? Non debere docuit Corn. cõſ. 181. vol. 2. littera. f. Bal. vol. 1. C. de iur. emphyt. in qua tamẽ re ad quantitatẽ penſionis, an leuis,*

uis, vel grauis ſit, inſpiciendum, atteſtatur idem Corn. ſic
68 etiam in commiſſum cecidiſſe non dicemus, vbicunque acceptabili impedimento fuit detentus, faciunt dicta Butrij in c ſignificante not. 4. de pignor. dixit nempè in carceribus, detentum excuſari, hocque dictum amplexum Iaſ. fuiſſe vidimus in l. 2. vol. 19. de iur. emphyt. ſic in quolibet legitimè impedito. Dec. conſ. 138. Socin. Iun. conſ. 70. num. 7. 1. par.
69 Inſuper ſciendum eſt etiam, quòd ſiue in profana, ſiue in eccleſiaſtica verſemur, quis priuatur, ſi re malè vtatur. Salic. in d. Auct. qui rem ad fin. Dec conſ. 518. Bal. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. 1. n. 99. C. de iur. Emphyt. Aym. conſ. 300. num. 1. l. Titia ſcio. §. Titia cum nuberet ibi Picus. ff. de leg. 1. Iaſ. conſ. 17. lib. 1. & hoc placere debet in odium malè rebus alienis vtentium: ratio eſt, quia re vtitur ad diuerſum vſum, quæ eſt cauſa finalis videlicet ad meliorem reddendam, qua ceſſante, ceſſat etiam diſpoſitio, & reſcinditur contractus. arg. leg. 2. §. fin. ff. de dona. atque adeo iſte priuatur, vt amittat etiam melioramenta, ſi quæ in re emphyteotica per ipſum fuerint facta, dominòque acquiruntur, vel fiſco ſi delictum ſtatum reſpiciat publicum, not. in l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebell. Salic. in d. Auct. qui rem. Dec. conſ. 518. Alciat. in l. Mutuum damus. ff. ſi cer. pet. & ad intereſſe tenetur l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damn. infecto, hocque habetur in Auth. de non alien. aut per mut. § ſæpe autem, ſecus autē vbi culpa emphyteotæ conſiderari nequit Iaſ. cæteros adducens in d. l. 2. num. 27. C. de iure emphyt. Dec. in d. Auth. qui rem num. 5.

Sed quæritur, quæ deterioratio requiratur?

70 Dico

70 *Dico quòd ſi deterioratio eſt modica, non attenditur. Bald. in d.*
71 *Auct. qui rem. in 3. not. pro modico enim non fit reſciſsio contractus arg. l. ſcio. ff. de in integ. reſt. Iaſ. in d. leg 2. q. 42. & Clar. in d. § q. 26. Curt. & Iaſ in l diuortio. § ſi fundũ. ff. ſol. matr. & ita dicebat Tiraq. in tract. de Iudi. in reb. exig. car. 41. q. 58. Menoc. de Arbitr. Iud. cau. 78. num. 6. ver. tertio notabilem.*

72 *Et propriè res dicitur fieri deterior, quando mutat ſtatũ ſuum, vel ab eo minuatur l. 2. §. deteriorem ff. ne quid in loco publ. not. in l. non ſolum ff. de rei vend l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhiben. Dec. latè in Auct. qui rem num. 2. ibi Alex. & alij.*

73 *Sed vbi ſumus in dubio, quæ deterioratio ſufficiens ſit, ſtatur Iudicis arbitrio. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 78. num. 6. & ante Tiraq. latè in l. ſi quam num. 31. in verb. omnia. C. de reuoc. donat. & per Dec. in d. Auct. qui rem num. 2. qui latè.*

*Vnum tamen omittendum non videtur, quòd licèt d. Auct. loquatur in re Eccleſiaſtica, extenditur tamen communiter per Docto. etiam ad emphyteotas priuatorum exidentitate rationis. Iaſ. poſt alios in l. 2. nu. 48. C. de Iur. emph. & hoc eſt ex natura contractus, vt ex etymologia, ſeu ſignificatione nominis deducitur Imperat. in l. final. C. de iur. emphy. ibi adnotat gloſ. & ſic non ex ulla extenſione. Bal. in l. placet. in l. nemo Martyres. C. de ſacroſan. Eccleſ. Crot. conſ. 155. nu. 1. Natta. con. 488. col. 1. & 2. & conſ. 449. num. 16. & 481. in princ. lib. 3.*

74 *Declaratur, quòd iſta deterioratio debeat eſſe reſpectu rei, non*

*fructuum*

*fructuum, de quibus emphyteota poteſt ad libitum diſponere ſcrib. in dictis locis Bal. in l. adem. C. loca. col. fin nã emphyteota eſt dominus fructuum, & de illis uti dominus diſponere valet a'g in l. in re mandata. C. mand.*

75 *Illud etiam conſideratur, quòd iſta deterioratio fuerit doloſè facta, vel latam, ſeu leuem culpam, non autem leuiſſimam in ſe contineat Bal. in d Auct. qui rem. num. 2. C. de ſacroſan. Eccleſ. Iaſ. conſ. 17 num. 2. lib. 1. Menoch. de Arbitr. Iud. caſu. 78, num. 6. lib. 2. centur. 1. & ante eum diffuſè more ſuo Tiraq in tract. de Iud. in reb. exig. § 6. declar.*

*Quid autem dicemus, ſi ex pluribus rebus vna tantum deterior fuerit facta, an cadet à tota emphyteoſi?*

76 *Dicendum eſt quod ſic, vnus enim tantum eſt emphyteoſis contractus, vt de canonis ſolutione ſuperius dicebamus, ex quo colligitur malè ſenſiſſe Bal. in c. 1. tit. quando feu. amit. quē ſequitur Gozad. conſ. 86. nu 20. quòd ſi emphyteota alienet rem vnam, non cadat à toto, cum contrarium ſit verius, vt per Aluar. ibi quem ſequitur etiam Aret. conſ. 114. Zaſ. in tract. feud. par. 10. & ad propoſitum noſtrũ Natta. conſ. 499. nu. 16. & ratio eſt, quòd cum vnus ſit contractus & ſit indiuidua obligatio. l. ſtipulationes, non diuiduntur. ff. de verb. oblig Scrib. in leg. 4. §. cato. ff. illo titu. nimirum ſi ex parte damno ſit affecta oriatur totius emphyteoſis amiſſio.*

78 *Et hinc eſt quòd ſi incidat fructiferas arbores, emphyteoſi priuatur: Tiraq latè in tract. de retracta §. 3. gloſ. 1. num. 13 l. ſi merces. §. culpæ. ff. locat. l. ſi colonus ff Arbor fur. cæſa.*

78 *Immo quòd non teneat conuentio, vt liceat omnes arbores fructiferas incidere, tenuit Iulius ſcarlat. in allegat. Anchar.*

Nouel.

79 *Nouel.num. 16.tamen ſi aliquas incideret, & nouas ſupponeret, non cadit ab emphyteoſi, ità Menoch. de Arbi. Iudi. caſu.78.num.8.lib.2.centur.1.*

*Sit itaquè firma, ſtabilitàque concluſio, quòd, ſicut emphyteoticam rem alienans irrequiſito domino, ipſa priuatur, ita eandem deteriorem reddens; immo magis peccare aſſerunt ſcribentes noſtri, vt per Corn.conſ.67.ad fin.vol.2.*

80 *Vltimò, vt huic capiti extrema imponatur manus. emphiteotica re priuandus eſt emphyteota, vbi negat rem emphyteoticam eſſe, vt per Spec. eodem tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 65. Faber in leg. 1. C. eodem tit. de Iur. emphyt. Dec.conſ. 28.num.4.*

D E

# DE DIFFERENTIIS inter locationẽ ad longũ tempus & Emphyteoſim.

## Cap. 4.

### *SVMMARIVM.*

1 LOcatio ad longum tempus,& emphyteoſis differunt ratione nominis.

2 Nomina impoſita,vt res inuicem ſecernantur.

3 Locatio de iure gentium; emphyteoſis de iure ciuili, & num.5.

4 Vſus pecuniæ ante Vrbem conditam.

6 Penſio ſoluitur in locatione ob fructus, & vſum rei; In emphyteoſi ad recognitionem.

7 Remiſſio quando fiat in locatione.

8 Emphyteota renetur ad omnem impenſam. fallit. & num.9.10.

10 Incrementum rei emphyteoticę ad quem pertineat.

12 Poſſeſſio quando dicatur deperdita.

13 De deperdita penſio non debetur.

14 Penſio ſoluitur,licèt ob bellum non fruamur re.

15 Res quando dicatur deperdita.

16 Conductor ſtatim expellitur non ſoluendo.

17 Per Iuramentum de ſoluendo, ob non ſolutionem ſtatim quis priuatur.
18 Iuramenti materia fauorabilis.
19 locatio fit in rebus mobilibus,& immobilibus.
20 Locatio tranſit ad omnes hæredes.
21 Deſcendentes quando audiantur ad inueſtituram.
22 Coloni antiqui præferuntur.
23 Melioramenta an repetantur terminata emphyteoſi.
24 Eccleſia vbi indiget re emphyteoſis, nō facit nouam inueſtituram.
25 Emphyteoſis non requirit nouam ſcripturam.

# CAPVT QVARTVM de Differentiis inter locationem ad longum tempus, & emphyteoſim.

*Quoniam ſatis ſuperque in præcedentibus dictum eſt de locatione, & de emphyteoſi, verùm quia nonnullæ differentiæ verſantur inter eaſdem, ideo ab re non erit in præſentia de illis ſermonem habere.*

1 *Primò differunt, quia diuerſa habent nomina, ex qua diuerſitate nominum neceſſariò ſequitur diuerſitas ſubiectorum l. ſi idem C. de codicil. nomina nempè ea ratione ſingulis rebus fuere impoſita, vt inuicem ſecernerentur, vt habetur Gene. cap. 2. not. in l. quod Nerua. ff. de poſ.*

*Ex eo etiam colligitur diſcrimen; cum enim diuerſos habeat titulos, titulus locati eſt diuerſus à titulo emphyteoſis, & ſic tituli dicuntur à tuendo, ideſt demonſtrando, ſi duo ſunt tituli, ergo diuerſa demonſtrant.*

3 *Ad hæc & tertiò locationem de Iure gentium introductam, eſſe, nulli dubium eſt §. Ius autem gentium Inſt. de Iur. nat. gen. & ciu. l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & Iur. l. 1. ff. loca.*

*Nec quicquam facit quòd pecunia fuerit reperta poſt multos annos. quia omiſsis alijs reſponſionibus dico quòd Ius ciuile ponit has differentias inter Ius gentium, & ciuile, habito reſpectu ad Ius ciuile Romanorum; ſed nulli dubium eſt ante Vrbem*
4 *conditam fuiſſe pecuniam in vſu Ariſt. quinto Ethic. quocirca omnia, quorum eſt permutatio huiuſmodi eſſe oportet, vt poſsint inter ſe comparari, & quanti ſint æſtimari, ad quod inuentus eſt nummus, & lib. 9. in princ. ad hæc nummus cõparatus eſt, qui eſſet ad res omnes menſura communis.*

5 *Altera de Iure ciuili, vt ibi gloſ. adnotat & ſcribentes omnes in l. legitima. ff. de pact. licèt Ioan. coraſ. lib. Miſcellan. cap. 21. contrarium oſtendere conetur, & quidem validis rationibus; quod quidem cum ſit contra receptam omnium opinionem, & de lana (vt dici ſolet) caprina ſit quæſtio, diſcutere cordi minimè habebimus.*

6 *Tertiò in locatione ſoluitur penſio ratione fructuum, & pro vſu rei, vt per Dec. in d. Auct. ſed in emphyteoſi pro recognitione dominij directi Scrib. in c. potuit. ex c. locat. Barb. in rubr. de loca. in fine & cõſ. 14. clemẽtiſsimè col. fin. vol. 3.*

7 *Quartò differunt quòd in locatione propter motus bellorum; propter tempeſtates conductori ſit remiſsio, vel propter ſterilitatem.*

*tem l. excepto. C. locat. l ex conduc. co. §. 1. ff. eod. tit. & ex hoc cognoſci poteſt, an contractus ſit locationis, vel emphyteoſis, & per Socin conſ 56. profunda Bello. conſ. 21. num. 8. emphyteotæ autem non ſit remiſſio. Iaſ. in d. l. 1. Iaſ. Bart. Roma. in l interdum. §. qui ex naufragio. nu. 5. ff. de acquir. poſſ. Bar. Socin. in l. Gallus in §. etiam ſi parente. num. 6. ff. de lib & poſt. Alex. conſ. 12. lib. 1. Ruin. conſ. 57. lib. 1. quod tamen intelligi debet, prout ſuperius dictum non ignoramus.*

8 *Alia datur differentia, vt Iaſ. in l. 1. C. de Iur. emphyt. col. 5. verſ. inter cætera, quòd emphyteota tenetur ad impenſam quantumuis magnam, & pro ea nihil poteſt à domino petere: ſecùs eſt in conductore, qui non tenetur; immo ſi impenſam fecerit, repetet à domino l. dominus. §. 1. §. colonus. in princ. ibi gloſ. & Bar. ff. loca. vt ibi per Iaſo.*

9 *Fallit quando penſio, quæ ſoluitur, eſſet nimis magna, & correſponderet fructibus, quia eo caſu eſt ſimilis locationi, & remiſſio debet fieri de æquitate Roma. in l. interdum §. 1. ff. de acquir. poſſ. & ita Scrib. in præallegatis locis. Ruin. cõſ. 171. lib. 1. Gozad. conſ. 43. col. 2. Cagno. in d. l. 2. C. de Iur. emph. q. 43. & ita ſupra dictum fuit dum loquebamur de locatione in perpetuum.*

10 *Fallit ſecundò, quando res in totum periſſet. tunc remiſſioni locũ eſſe voluere Interpretes noſtri. Bar. in l. 1. C. de Iur. emph. Iaſ. ibi. num. 18. qui de communi deponit. gloſſ. expreſsè in d. c. potuit. ext. locat. in verb. expelli. Abb. ibi. num. 16 Barba. num. 25. 26. Abb. in c. propter. eod. tit. num. 3. qui etiam de communi Bar. & paſſim omnes in l. interdum. §. ex naufragio ff.*

*gio. ff. de acquir. poſſ. quouſque tamen aliquod ſupereſt, non ſit remiſſio, ea ſcilicet ratione, quia in modico remanet ius illius dominij, ita Bar. & Abb. dictis locis fac eſſe, euenit incrementum rei emphyteoticæ, vt puta per alluuionem, ad quem ſpe-*
11 *ctabit tale incrementum? Dicamus ratione vtilis dominij ad emphyteotam ſpectare; directi autem ad proprietarium, incrementum enim quod fit fundo, iudicatur prout fundus & eãdem aſſumit naturam. Bart. in l. 1. C. de iur. emphyt. par. 1. & 2. C. de alluuio Cor. interrogatus ita reſpondit conſ. 15. in litterra f. vol. 4. ſed pro acceſſione illa nunquid altera bitur ſolitus canon?*

*Dicimus teſte Corneo quòd non, eadem conſ. num. 9. verſ. hæc etiam obſtat; ſicut enim diminutio rei euenit ad damnum emphyteotæ, ſic etiam ſi ſterilis ſit facta res, modò qualis, qualis percipiatur fructus, ita facto augumento augeri non debet penſio; contrariorum enim eamdem eſſe diſciplinam atteſtantur omnes, ita Corn. cæteros deducens præcitato conſ.*

*Et alia ratio aſſignari, & quidem optima poteſt: Ad hoc enim vt emphyteota ſoluere teneatur canonem, requiritur quòd rem poſſideat Abb. conſ. 74. duo principia. vol. 1. Caſtr. cõſ. 105. vol. 2. Pariſ. conſ. 108. num. 42. lib. 1. Socin. Iun. conſ. 78. nu. 13 & ſeq lib. 1. Bal. in l. ſolemnibus. C. de rei uendi. ct. vt ſupra latè dictum fuit. Cum ergo res ſit deperdita, poſ*
12 *ſeſſio dicitur amiſſa arg. l. 1. ff. de acquir. poſſ.*

*Et hinc habemus quòd vbi emphyteota non poſſidet rem, ſed ab alio reperitur occupata, quòd inſcio domino in alium poteſt illam transferre, vtputa tranſigendo. Iaſ. in d. l. fin. nu. 121. C. de*

*C. de Iur. emph. Menoch. de Arbr. Iudi. caſu. 171. lib. 2. cent. 2. Alcia. reſpon. 32. placet. nu. 6 tomo. 1. lib. 2.*

*Diximus ſuperius quòd, propter bellorum motus adhuc debetur penſio.*

*Contrarium videbatur dicendum; nam habemus quòd re de-*
13 *perdita penſio non debetur l. 1. C. de Iur. emphyt. ſed vbi viget bellum, non poſſumus accedere ad rem, neque percipere fructus, & ſic cenſetur deperdita Bar. in l. interdum §. 1. ff. de acquir poſſ. facit. l. cum vnus. C. de bon. autho. Iud. poſſ.*
14 *Contrarium tenent Doct. quia res adhuc eſt in rerum natura,*
15 *nam deperdita dicitur res, quando penitus eſt extincta. l. deperditum. ff. de petit. hæredit. l. fin. ff. quan. actio de pecul. eſt annalis. l. fin §. ſed in propoſito. ff. de pecul. immo rem deperditam affirmabimus, vbi fit ſeparatio formæ à materia, tunc res propriè deperdita dicitur, tandiu enim res eſt, quandiu ſecuritas conſeruatur.*

*Ideo ſi detur mihi penſio, quouſque res non ſit deperdita; intelligitur quouſque percipi poteſt vtilitas, non autem vbi eſt penitus amiſſa. Roma. conſ. 510. §. adeo Inſt. de locat. ſed vbi aliquod ſupereſt, diminuitur penſio. faber. in l. 1. C. de Iur. emph. Salic. Albert. ratione ſuperiùs allegata; ſed quando ceſſatio tempore belli admittatur, ſuperius dictum eſt.*

16 *Præterea in emphyteoſi requiritur ceſſatio per biennium, ſeu triennium, vt ſupra dictum eſt, in locatione autem ſtatim poteſt expelli. l. ædem. C. loca. Caſtr. in d. Auct. qui rem. Abb. in c. propter ſterilitatem vltimo not num. 10. tit. locat.*

17 *Animaduertendum eſt tamen, quòd ſi emphyteota iurauerit ſoluere ad certum tempus, per non ſolutionem ſtatim poteſt*

*priuari*

*priuari Bald. in c. querelam de iur. iur. Iaſ. in l ſi quis maior ff. de tranſactio: & ibi Parpa. in 3 not. Natt. conſ. 481. nu. 10. Cagno. in d. l ſi quis num. 51. Bero. conſ. 119. col. pen. lib. 1. & conſ. 125. num. 8. eod. lib. Ripa. in c. 2. de reſcrip. nu. 20. & rationem etiam adducit Parpa. quia ex quo agitur de obſeruatione Iuramenti, diſpoſitio iſta dicitur fauorabilis,*

18 *& eſt extendenda gloſ. in l. 3. §. contrarium. ff. de contra. iudi. tute.*

*Ad hæc locatio fit in rebus mobilibus, & immobilibus, emphy-*

19 *teoſis in immobilibus tantum gloſ. & ſcrib. in d. c potuit in f. locat. et iſta res corporea eſſe debet. Decian. cōſ. 123. nu. 44. vol. 3. Hinc reſpēſum eſt, ſi vinea in emphyteoſim fuerit conceſſa, dicetur pari ratione conceſſum ſolum Bald. in leg. 1. de vſucap. in princ. Decian. d. conſ. nnm 45.*

20 *Ex eo etiam differunt, quia locatio transit ad omnes hæredes l. viam veritatis. C. loca. ſed emphyteoſis eccleſiaſtica ad extraneos non Bal. in c. litteræ de dilatio: vt ſuperius dictum fuit.*

21 *Eſt quidem bene, verum, quòd finita linea, ſeu generatione deſcendentes poſſunt petere inueſtituram, & ſunt audiendi, aliàs fit eis iniuria gloſ. in c. bene, de poſt. prælato Pariſ. conſ. 28. in prin. vbi latiſſimè vol. 1. Dec. conſ. 328. Gozad. conſ. 86. num. 24. & conſ. 71. num. 3 allegatur notabilis tex. in l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. nót. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. haud. abſimile illud erit à propoſito no-*

22 *ſtro, colonos antiquos nouis præſerendos eſſe, cum tantum offerant. Bart. in leg. 1. C. de metall. lib. 11. Roman. conſilio 22. Iaſ. in leg. fina. numer. 10. C. de Iur. emphyteo. &*

*l. qui*

in leg. qui Romæ. §. cohæres. ff. de verbo. oblig. volu. penult. Sed eos deſcendentes nouam perquirentẽ inueſtituram nunquid operæpretium ſit hæredes illius eſſe, in cuius perſona terminata eſt inueſtitura?

Dec. conſ. 78. in 1. par. non requiri qualitatem illam reſpondit, ſed ſatis eſſe quòd petenti vti proximiori competat ius illius petitionis, potius hoc ius fundatum eſt in quadam ratione naturali ratione ſanguinis inter defunctum, & ſucceſſorem, quàm in aliquo iure ſuperueniente ex cauſa hæreditatis; Sed

23 quid, terminata eſt emphyteoſis ob finitam lineam, nunquid repetentur expenſæ, quibus res melior reddita fuit?

Iaſ. in d. l. 2. num. 25. C. de Iur. emphyt. tenuit quòd ſic Dec. cõſ. 518. idem Iaſ. in auth. qui rem C. de ſacroſan. Eccleſ. quod fallit vbi Eccleſia vellet proſe Anch. conſ. 134. & 171.

24 Vltimò in emphyteoſi ſcriptum requiritur d. l. 1. C. de Iur. emph.

25 In locatione verò non l. pactum C. de pact. Alex. conſ. 12 lib. 1. Dec. conſ. 322.

Aliæ traduntur differentiæ per ſcribentes noſtros, quas conſulto omittimus, paſſim nempe cuilibet facile occurrunt in l. 1. C. de Iur. emph. ibi per Bal. Salic. Iaſ. & cæteros, & iſta ſatis ſuperque de emphyteoſis contractu dicta ſufficiant.

# DE FEVDO
## Cap. V.

*SVMMARIVM.*

1 Quotidiana diligenti ſtudio attèndenda.
2 Turpe eſt ſuperflua ediſcere.
3 Neceſſaria magis, & opportuna ediſcenda ſunt.
4 Dedecet ignobilem ignorare ius.
5 In qualibet re videndum eſt, quid nominis.
6 Feudum vnde dicatur. & num. 19.
7 Denominatio à digniori fieri debet.
8 Fides eſt baſis feudorum.
9 Promiſſa pendent à fide.
10 Conuentio non valet, quòd quis ob felloniam non teneatur.
11 Fellonia quæ dicatur.
12 Filius priuatur feudo ob patris felloniam, & cæteri deſcendentes.
13 Patris hæreſis, & crimen læſæ maieſtatis præiudicat deſcendentibus.
14 Hęretici quomodo dicantur fidem frangere.
15 Materia delinquendi non eſt danda, & dolus de futuro remitti non poteſt.
16 Vaſſallus intra annum, & diem tenetur petere inueſtituram.

17 Delictum patris quando filijs non præiudicet.

18 Feudum francum eſt ſolum ratione ſeruitiorum :

20 Vaſſallus inconſulto domino feudum alienare non poteſt.

21 Vaſſallus non poteſt diſponere de feudo pro anima ſua.

22 Venditio ſine traditione non facit, vt Vaſſallus priuetur feudo.

23 Alienatio verbalis non propriè dicitur alienatio.

24 Vaſſallus non priuatur feudo facta redemptione antequam Dominus conqueratur.

25 Venditio, quæ parum durat, non eſt venditio.

26 Facta incontinenti ineſſe videntur.

27 Iniuria quando cenſeatur amiſſa.

28 Vaſſallus poteſt imponere noua onera, ad quæ non tenetur dominus.

29 Vaſſallus in perpetuum Emphyteoſim non cõcedit.

30 Feudum liberum poteſt alienari ſine conſenſu.

31 Feudum quando impropriè, & fęmina capax.

32 Feudum quomodo reuocetur per Agnatos.

33 Omne, quod multipliciter dicitur, eſt diſtinguendũ.

34 Feuda recipiunt quęcunque pacta, etiam inſolita.

35 Tenor inueſtituræ derogat naturæ feudorum.

36 Feudum Regale, vel non Regale.

37 Regale quod dicatur.

38 Papa transfert imperia de gente ad gentem.

39 Feudum Regale habet dignitatem annexam.

40 Res tranſit cum onere, & honore.

Feudum

41 Feudum non facta mentione non eſt Regale. Fallit. & num.43.

42 Expreſsio ſpecialis vbi requiritur, non ſufficit generalis.

44 Feudum non Regale.

45 Feudum Nobile, & non Nobile.

46 Feudum antiquum ſapit nobilitatem; Nouum non.

47 Exercens vilem artem, perdit nobilitatem.

48 Feudum quomodo cognoſcatur, an ſit Nobile.

49 Feudum emptum non nobilitat.

50 Feudum non Nobile.

51 Feudum quando nobilitet ruſticum.

52 Feudum quando dicatur habere propriam naturam feudi.

53 Feudum aſſerenti non habere propriam naturam feudi, ineſt onus probandi.

54 Quatenus cenſeatur derogatum naturæ feudi.

55 Feudum perſonale quale ſit.

56 Legatum habitationis ad hæredes non tranſit.

57 Feudum Reale quid nam ſit.

58 Vnuſquiſque prſumitur conſulere ſuis hredibus.

59 Feudum maſculinum quod nam dicatur.

60 Fœminæ ſuccedunt deficientibus maſculis.

61 Fratres æqualiter ſuccedunt ad feudum.

62 Fœminæ ſuccedunt ex pacto expreſſo.

63 Feuda f . minina non habent propriam naturam.

64 Fœminæ leues.

65 Vaſſallus tenetur ſequi dominum ad bellum.

66 Fœminæ non aptæ armis.
67 Fœmina ſi acquirat feudum, adhuc ſuccedunt maſculi.
68 Feudum antiquum, quod nam dicatur. & num. 72.
69 Tenor primæ inueſtituræ attendendus.
70 Feudum quando aperiatur deſcendentibus.
71 Feudum antiquum, & paternum idem ſunt.
73 Tranſuerſales quando admittantur ad feudum.
74 Feudum antiquum renouatum dicitur antiquum. & num. 75. 76.
77 Feudum nouum, quodnam ſit. & num. 78.
79 Feudum hæreditarium, & non hæreditarium. & num. 83.
80 Deſcendentes nequeunt repudiare hæreditatem, & retinere feudum.
81 Hæres non vexatur in feudo hæreditario.
82 Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
84 Verbum, hęredibus, importat filium, & deſcendentes.
85 Feudum pro ſe, & liberis an ſit hæreditarium?
86 Feudum ex pacto, & prouidentia tripliciter fit.
87 Feudum, quod tranſit ad quoſcunque hæredes.
88 Dominus de re ſua ad libitum diſponere poteſt.
89 Feudum quando veniat in reſtitutionem fideicommiſsi.
90 Feudum non hęreditarium duobus modis acquiritur.

Feudum

91 Feudum non hæreditarium non imputatur in legitimam.
92 Succeſſor ad tale feudum non tenetur ad debita anteceſſoris.
93 Feudum in dubio an cenſeatur hæreditarium.
94 Feudum Eccleſiaſticum, & aliud ſeculare.
95 Eccleſia recipit in feudum.
96 Feudum Eccleſiaſticum tripliciter dicitur.
97 Feudum ſeculare, quod nam ſit.

*VLtro ſe offert tertium diſcutiendum, videlicet materia Feudorum, quæ cum in vtroq; iure ſit frequens, & quotidiana, atque etiam, vt plurimum de rebus nequaquàm exiguis, hac ratione*
1 *diligentiori ſtudio perſcrutandam voluere interpretes noſtri, prout ad tale argumentum admonet Iuriſconſultus in l. legaui. ff. de liber. legat. quæ enim præ manibus in diem habere ſolemus, lynceis oculis, & plumbeo pede (vt dici ſolet) examinari debent: de hac re. Bar. in l. 1. ff. de ſuſp. tutor:*
2 *Turpe quidem eſt in tanta temporis penuria ſuperflua ediſcere (vt Seneca dicit.) In tali igitur ægeſtate, quæ magis*
3 *neceſſaria, & in legali foro verſantibus opportuna ediſcenda, & in proprium ſucum, ſeu ſanguinem conuertenda,*
4 *dedecet quidem patritium, & nobilem virum, & cauſas orantem ius, in quo quis verſatur, ignorare, vt de Q. Mutio erga Seru. Sulpitium legimus in l. 2. §. Seruius autē Sulpitius. ff. de orig. iur. & quia in qualibet re propoſita videndum eſt, quid nominis, vt ſuperius diximus etiam. l. 2.*

§. mutui

5 §. *mutui datio. ff. ſi cert. pet. ideo videamus vnde Feudum dicatur.*

6 *Dicitur ergo Feudum à fide, quam vaſſallus exhibere debet domino ſuo. c. 1. in fin. tit. per quos fiat inueſtit. ibi cum à fidelitate feudum dicatur, vel à fide. c. 1. de his, qui feud. dare poſſ. Et inde dicta ſunt feuda à fidelitate c. 1. §. fin. per quos fiat inueſtit. Socin. Iun. conſ. 102. num. 1. vol. 2.*

*Nulla enim de cauſa alia dicendum eſt extraneis concedi propria bona, quàm ſolum hac via ipſorum fidem nobis deuinctam mercemur, & ſic dictum eſt nomen ab eo, quòd primas*
7 *ſibi aſſumit in conceſſione partes, & denominatio à digniori fieri debet inter plura minus digna mixto Fely. in proœ. Decret. in verbo Gregorius Epiſcopus.*

8 *Fides igitur eſt baſis, & fundamentum feudorum. Claud. in prælud feud. col. 6. & 7. Iſer. in c. porro. quæ fuit prima cauſa. col. 4. vbi ſeruitium non eſſe de propria eſſentia, ſed fidelitatem atteſtatur. c. 1. quib. mod. feud. amitt. c. 1 qualiter iurare debeat vaſſal. Iaſ. in prælud. feud. col. 10. verſ.*
9 *3. principaliter quæro, & tametſi promiſſa omnia à fide pendeant. l. 1. ff. de Conſtit. pecun l. 1. vbi Bal. ff. de falſ. tamen per excellentiam feudum dicitur à fide, & hinc iure receptum eſt, quòd ſi pactum interceſſerit, ne quis ob felloniam*
10 *niam teneatur non valet huiuſmodi conuentio, vt quæ directò repugnet feudorum naturæ. Iacob. de Bellouiſo in prælud. feud. col. 5. Aluar. col. 8. Iaſ. col. 10. per contrauentionem enim fidei, quam felloniam vocant feudiſtæ, vaſſal-*
11 *lus priuatur feudo ſuo not. in tit. quib. mod. feud. amitt. hac ratione dixere ſcribentes in feudis fidelitatem deberi*

iure

*iure obligationis.c.1.ex quib. cauſ feud. amitt. & expreſſè promittitur, & cum iuramento.tit. qual. iurare vaſſal. debeat; quod adeo attenditur, vt filius priuetur feudo ob patris felloniam, & non filius tantum, ſed omnes deſcendentes. Bal. in c. 1.§ ſi vaſſallus. ſi de feudo fuer. controuerſia; ſicut in crimine læſæ Maieſtatis, & hæreſis conſtitutum dicimus. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. auth. gazaros. C. de hæret. & manich. Iſti etiam dicuntur fidem frangere; dum enim ſacro lauantur baptiſmate, fidem catholicam pollicentur Deo, ab Eccleſia petunt fidem c. prima igitur. de conſecrat. diſt. 4. In hæreſim igitur incidendo fidem frangere dici poſſunt. Sed ad feudum redeuntes dicimus, quòd ſi aliter fieri poſſet, per talem nempe conuentionem adduceretur vaſſallus ad delinquendum, quod non eſt dicendum. l. conuenire ff. de pactis dotal. & dolus de futuro remitti non poteſt l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. hac igitur ratione exiſtimo iure conſtitutum eſſe, vt infra annum, & diem vaſſallus inueſtituram petere teneatur, alioquin feudo priuetur c. 1. §. præterea. de probib. feud. alien. per Federi. c. 1. do Capit. Corad. ſic enim viridis conſeruatur memoria ſeruandæ fidei; Tamen vbi in feudi conceſſione mentio facta fuerit expreſſè, ſeu nominatim filiorum, eo caſu patris delictum ipſis præiudicare nequit. Bar. in l. eum qui. de interd. & releg. Dec. conſ. 289. 2. par. num. 2. Quæ de fide in feudis ſeruanda diximus adeo vera ſunt, quod tametſi feudum ſit francum, tamen debet intelligi quoad præſtanda ſeruitia, non autem quoad alia, vt puta in obſeruanda fide; nam ſi fidem falleret (& ſic vt loquuntur ſcribentes noſtri) fello-*

*niam*

*niam committeret, eo feudo priuandus videbitur. Bald. in prælud. feud. in 8. diuiſ. Aluar. in 2. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. num. 72. de conſtit. Dec. conſ. 93. num. 3. pro tenui.*

19 *Zaſius tamen in rubr. de orig. & nomi. & diff. feud. feudum à fœdere dici putabat, quod tamen idem eſt, quia in fœdere fides maximopere, & potiſsimum conſideratur; nihilominus ſi dictiones inſpiciamus, non poteſt dici à fœdere quia deriuatiuum diphtongatè non ſcribitur, vt ſi ita eſſet, ſcribi deberet. Ex his itaque inſpecta propria natura feudi, in qua pro baſi fides poſita cenſetur, ſequitur neceſſariò cõcludẽdũ,*

20 *vaſſallum inconſulto domino alienare non poſſe feudum; cum enim Princeps feudum alicui concedit, illius fidem ſecutus videtur. arg. tex. in §. ſed, & quod Principi. inſt. tit. de iur. nat. gent. & ciuil. hinc ideo conſtitutum eſt in feudòrum materia, ſi vaſſallus feudum inconſulto diſtraxerit domino, priuetur eo. c. in pœnalem. §. habito. de prohib. feud.*

21 *alien. per Federi. Quod adeo verum, vt de eo pro anima diſponere nequeat etiam. c. 2. §. donare. tit. qualiter olim*

22 *feud. alien. poter. Sed ſi vendit non facta traditione, feudo non priuatur. duo enim concurrere debent; vt vendat; & vt facta ſit traditio. c. 1. de vaſſal. qui con. conſti. loth: gloſ. in c. 1. de prohibi feud. alien. per loth. Bal. in l. volun-*

23 *tas. C. de fidecom. alienatio enim verbalis non meretur alienationis nomen, & ideo cum pœnitentia affici poſsit, priuari nequit. Iaſ. vid. in l. fin q. 19. C. de iur. Emphyt. & Curt. in 4. par. in 40. cauſa. miſs. feud 20 q. aſſerebat vaſſallum alienaſſe, dici non poſſe, niſi facta fuerit traditio. l. 1.*

C. de

*C. de fund. dotal & ita etiam de Emphyteoſi ſuperius di-
ctum fuiſſe conſtat.*

*Sed quid dicendum erit, ſi vaſſallus vendidit, deinde modico
interiecto temporis curriculo reemit ab emptore illo; nunquid
feudo priuandum fore dicimus?*

*Atteſtantur ſcribentes, ſi redimat antequam dominus conque-
ratur, feudo non priuari, modica enim mora non eſt in conſi
deratione. c. firmiter. extrà. de locat. l. ſi quis maior. C. de trã-*
25 *ſactio. & venditio: quæ parum durat, non eſt venditio. l.
fin. in fin. C. de bonis, quæ lib. & quæ in continenti fiunt, in-*
26 *eſſe videntur. l. lecta. ff. ſi cert. pet.*

*Tamen Bar. Beneuent. in l. impœnalem. car. 12. in littera. C.
D. tenet illa vera, vbi vaſallus annullaret priorem contra
ctum factum, non autem ſi ex noua cauſa vellet feudum
recuperare. Nihilominus indiſtinctè teneo vtroque caſu feu
do non priuari; nam attenditur in his terminis, quòd domi-
nus non ſit conqueſtus. Specul. in tit. de locato. §. nunc ali-
qua ver. 189. Sed ſi dominus non fuit conqueſtus, ſiue in
reuocatione prioris contractus, ſiue in alio contractu verſe-*
27 *mur, profectò remiſſam eſſe iniuriam fatendum erit. Iſer. in
c. 1. §. 1. de capit Corad. ſi ergo iſta tacita remiſſio attenden
da eſt, profectò quidem ſiue in eodem contractu, ſiue in di-
uerſo verſemur, idem eſt dicendum.*

*Reuertendo ad rem noſtram. non poteſt igitur feudum aliena-
re, ſed an valebit vectigalia, ſeu alia onera imponere?*
28 *Quod poſſit dixere Doctores noſtri, tamen cogere non poteſt do
minus; vt illa ſubeat ipſe; Feudum enim eſt ſeruitutis ſpe-
cies, vt Bal. conſ. 466. col. 2. vol. 1. Deciſ. Guid. Papa.*

57. Bal. in l. ſi uxorem in fin. C. de condi. inſer. ſi eſt ſeruitus, quo pacto illi ſeruire dominus dicetur: Ita Mar. Mant. conſ. 9. num. 13. vol. 2.

Ex his concludendum etiam erit vaſſallum neque in Emphy-
29 teoſim concedere poſſe in perpetuum inconſulto domino, vbi nempe prohibita eſt alienatio, & Emphyteoſim prohibitam dicemus, quæ ab alienatione parum, aut nihil diſtat. Auth. de non alien. ſeu permut. reb. Eccleſ. §. alienatio.

30 Tamen illud ſciendum erit, ſi liberum ſit feudum, poterit alienari ſine conſenſu domini. c. 1. de feud. non habent. prop. nat. feud. Curt. in tract feud. in 4. par. col. 50. Calca. conſ. 50. Dec. conſ. 614. & ſi forte fortuna feudum fuerit datum cum poteſtate liberè diſponendi, feudum dicetur impro-
31 priè. c. 1. ibi ſcribentes de feud. non habent. prop. nat. feud. & talis feudi fœmina dicitur capax. Socin. conſ. 257. vol. 2. Brun. conſ. 41. col. 1. Pariſ. conſ. 4. num. 14. in prin.

Sed alienatum eſt feudum, ad quod proximiores agnati vocati ſunt, quomodo eis conſulendum dicemus?

32 Tunc temporis erit reuocandum per vocatos ad ipſum. c. 1. de alien. feud. c. 1. de prohib. feud alien. per Loth. c. 1. de prohib. feud. alien. per Federi. Alex. conſ. 30. col. 3. vol. 1.

33 Et quia omne, quod multipliciter dicitur, prius eſt diſtinguendum, mox verò id, de quo agitur, propoſito accommodandum, ne ratione multiplicis intellectus confundatur, vt admonet Philoſ. in 1. de cœlo tex. 100. Ideo de feudorum videamus in præſentia diuiſione.

Feudorum igitur traduntur per ſcribentes variæ, & plures diuiſiones, vt per Bal. Aluar. & alios, ſicut enim variæ, &

diuerſæ

*diuerſæ dari poſſunt inueſtituræ, quia Feuda recipiunt quæ-*
34 *cunq; pacta quantumuis extranea, & inſolita.c.1.§.penul. quid ſi inueſt c.1.de feud.non habent. prop.nat. feud. Bal. in tit. qui feud. dare poſſ. ibi quod pactum trahit feudum extrra naturam feudi. & in c. 1. de duob. fratr. a capita.*
35 *inueſt. dicit, quòd tenor inueſtituræ derogare poteſt natura feudorum, vt aſſerebat. Curt. Sen. conſ.49. col.23. Rolan. à Valle. conſ. 53. num. 2. vol. 3. deciſ. Pedem. 23. num. 20. Dec.conſ.101.num.20. ideo feudi inueſtituram inſpiciendam fore, vt dignoſcere valeamus illius naturam, atteſtabatur Barba.conſ.46.num. 12. lib.1. Bal. in prælud. feud. in 4. diuiſ Ceph.conſ.138.num.6.Dec.conſ 11.vol. 3. ſic pari modo variè conſtitui poſſunt ſpecies. Quis enim ignorat Principem poſſe quamcunque legem apponere ſi ſibi placuerit. vt per Curt. Senior. conſ. 50. num. 5. Tamen nos breuitati inuigilantes nonnullas, & quidem frequentiores percurremus.*

*Sit igitur conſtituta prima feudorum Diuiſio. Feudum vel eſt*
36 *regale, vel non regale, vt per Clar. in §. feudum q. 7. & q. 10.*

37 *Regale feudum eſt Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel cuiuſlibet alterius dignitatis, videlicet vbicunque dignitas conceditur, vt Regnum, Ducatus, vel quid ſimile, & à ſupremo elargitur Principe. ita Clar d.q. 10. tex. in c. 1. tit. quis dicatur Dux c.1.de feud. Marchiæ in prin. c.1.de his, qui feud. dare poſs. Barba. in c. per translationem. de offit. deleg. Fely. in c. cauſam.2.col. de reſcrip. & ſolus Imperatór, Rex, & ſupremi Principes(vt dicebamus) talia concedunt*

I 2 feuda,

*feuda, & acquirentes dicuntur. Capitanei Regij. Aluar in
c. 1. §. ſi Capitanei. de feud. nat. Iſer. in c. 1. qui feud. dar. poſſ.
Si enim huiuſmodi dignitates per ſolum Romanum Principem
conceduntur. (Idem de ſummo Pontifice, & longe altius,
38 tranſfert Papa imperium de gentem in gentem, confirmat,
approbat, reprobat, coronat, & propter demerita Impera-
torem deponit. c. per venerabilem. qui filij ſint legit. c. ad
apoſtolicæ. de re iudica. in 6. Clement. Romani. de iur. iu-
39 ran.) profectò vbi concedit feuda has dignitates annexas
habentia, & illas concedere dicendum eſt. Bal. in l. mo
mentanea. C. de leg. Bar. & Angel. in l. 2. in fine. C. de bon.
vacan. lib. 10. Iaſ. in l. beneficium. ff. de conſtit. princip.
Alex. in l. 2. ff. de acq. poſeſſ. Lucas de Penna in l. 1. col. 2.
40 de pet. bon. ſub. Res enim tranſit cum onere, & honoribus
ſuis. l. ſi conuenerit. §. ſi funus. ff. de pignor. actio. c. ex litte-
ris. de pignor. c. paſtoralis. de decimis l. 1. C. de diſtra. pignor.
quod tamen temperari debet, vbi ſunt tales dignitates, ſeu
regalia, quæ concedi non ſolent, vel quandoq; non poſſunt.
ita Camer. in l. imperialem. car. 71. in littera G.*

*Sed quid dicendum: ſi Princeps concederet feudum non facta
mentione de Regalibus, an & illa conceſſa dicemus?*

*41 Profectò dicendum eſt, quòd non; ita Præpo. in c. 1. quæ ſint
regal. talis conceſſio ſpecialem motum proprium, & conceſ-
ſionem requirit, & nulli dubium eſt, quòd quæcunque ſpe-
cialiter lege, vel Senatus conſulto, vel conſtitutione Princi-
pis tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferri. l. 1. ff.
de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. in arg. & quando requi-
42 ritur expreſſio ſpecialis, non ſufficit mentio generalis. gloſ. in*

c. in

*c. inquiſitores. in verbo expreſsè de hæret. in 6. & vbi iura requirunt aliquid ſpecialiter, vt exprimatur, non ſufficit in genere Bar. in l. 1. q. 2 ff. de vulg. & pupil. Natta. conſ. 474. num. 13. Quæ enim ſunt regalibus in ſpecie, ſunt exprimenda c. in generali. ſi de feud. fuerit controuer. c. in generali de offic. vicar. in 6.*

43 *Quòd tamen limitatur, vbi Princeps in re conceſſa nihil haberet, quàm regalia; quia & in generali conceſsione cenſentur conceſſa. Raphael. conſ. 162.*

*Et quia omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, vt atteſtantur ſacræ litteræ, & ſaluſt. de bello Iugur. concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur. Hinc iure conſtitutum eſt, vt talia feuda Marchionatus, Ducatus, Comitatus, diuidi non poßint. c. imperialem. §. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Federi.*

*Tamen Dec. conſ. 389. num. 3. de conſuetudine contrarium receptum eſſe atteſtatur, allegabatque Oldrad. ita aſſerentem conſ. 237. perlectis. colum. 1. Alexand. conſ. 18. viſis capitulis. colu. 2. lib. 2. tametſi vocetur ad harum dignitatum regimen primogenitus tantum, derogatum non eſſe fatebimur, in dies videmus primogenitum tantum tali beneficio frui, vt per Dec. in præcitato loco num. 6.*

44 *Non regale eſt, quod habetur ab inferiori à Principe, vel etiam ſi à Rege conferatur, quod tamen eſt extra dignitatem ſcilicet conſpicuam, dat quidem dignitatem, ſed non conſpicuã, vt Regale feudum, & ſunt ad inſtar Baronum talia acquirẽtes feuda Iſer. in c. 1. de feud. Marchiæ. c. 1. §. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio. c. 1. §. ſiquis ſi de manſo fuer.*

*contro.*

*contro. inueſti. & ita Iaſ. in d. præludijs in diuiſione prima, & propriè nuncupantur feuda Iuriſdictionis, cum titulo dignitatis careant Iacob. de Ardiz. in c. 1. quis dicatur Dux. in c. 1. de feud. Marchiæ. in c. 1. qui feud. dare poſſ.*

45 *Secunda, quæ datur Diuiſio, eſt quòd feudorum alterum dicatur Nobile, alterum non Nobile, ſeu Burgenſe, quæ ſunt in feudis excogitata nomina.*

*Nobile dicitur, quod nobilitat poſſeſſorem ſuum, vel eum, qui prius nobilis erat, oſtēdit, vt ſi cōcedatur ducatus, vel Marchionatus c. 1. quis dicatur Dux, uel Marchio. Bal in c. inter dilectos col 6. de fide inſtru. Iaſ in præludijs ſuis feudorum. Zas. in tit. de feud. diuiſ. col. 2. in prin. & Bal. in præludijs feudorum atteſtabatur antiquum feudum nobilitatem ſapere,*

46 *nouum nequaquam; quia nobilitas non naſcitur in ictu oculi allegat l. ſtigmata. ff de gradibus. Attēditur nempe an ma*

47 *iores fuerint nobiles, an uiles exercuerint artes, quibus non acquiritur nobilitas, ſed immo acquiſita deperditur l. nobiliores C. de commercijs, & mercator. l. nequis. C. de dignitat. li. 12. Tiraq. de nobilit car. 24. & 27.*

*Sed dicet quis quomodo cognoſcetur, an feudum ſit nobile?*

48 *Dico ſi habeat dignitatem annexam, vt quia Ducatus, Marchionatus, comitatus fiat inueſtitura c. 1. quis dicatur Dux, comes vel Marchio. c. 1. de feud. March. ſic pari ratione dicemus ſi concedatur ab Imperatore Alex. conſ. 30. num. 17. vol. 1. Decia. reſponſ. 117. num. 9. vol. 3. Sed quid ſi dignitas vna ex his concedatur tamen pretio empta, nunquid feudum conferre nobilitatem dicemus?*

49 *Profectò quidem non affirmabimus, ſola enim Imperatoris liberalita-*

*ralitate conceditur, ita in c. 1. de feud. dato in vim legis commiſſoriæ Præpoſitus Alex. in prælud. feud. col. 5. ver. dicetur beneuola Bald. in præl. feud. col. 4. ver. pro intellectu. Decian. reſpon. 19 num. 14. 15. vol. 3. et de tali feudo nobili tractat Alex. conſ. 30. quoniam, vol. 1.*

50 *Non nobile non nobilitat poſſeſſorem. c. 1. §. cæterum quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. Ioan. Andreas in addit. ad Specul in tit. de præſcrip. & hoc feudi genus dari ſolet à Duce, à Marchione, à Plebe, à Paganis, ideſt priuatis perſonis, & tale feudum Burgenſe dici ſolet. Aluarot. in. 2. diuiſ. feudorum; fac enim eſſe quòd ruſtico concedatur feudum, nunquid propterea efficietur nobilis?*

51 *Dicamus, ſi natura feudi exigat, vt nobilitate decoretur, fiet nobilis: ſin minus, non erit nobilis, & tale feudum dicetur non nobile Scrib. in c. 1. §. cæteri tit. quis ſit Dux.*

52 *Tertia datur feudorum Diuiſio, quòd aliud feudum dicatur habere propriam naturam feudi aliud impropriam.*

*Naturam propriam feudi dicitur habere, quando ab initio nata eſt, ita quòd feudum omnino videatur, & ſit dicendum ideſt quod habet, & de quo prædicantur, & cui conueniunt omnes feudorum qualitates, videlicet, quia eſt purum, ſimplex, rectum, & ad hæredes tranſitorium, vt Zaſ. in tit. de feud. à recta natura feudi in princ. & hoc tranſit ad hæredes, & priuari non poteſt vaſſallus ſine culpa ſua tot. tit. de nat. feud. c. 1. & Iaſ. in quarta diuiſione feudi, & talis natura in dubio præſumitur eſſe in feudo, niſi contrarium expreſſè ſit conſtitutum: ita dicebat Aluar. in prælud. feud. diuiſ. 3: & ideo aſſerenti feudum non habere propriam naturam*

*feudi,*

53 *feudi, incumbit onus hoc probandi. Salyc. in l. neque natales. C. de probat. Illud tamen non omittendum, quòd cenſetur*
54 *derogatum naturæ feudorum in eo tantum, quòd non ſapit feudum, non in alijs. Bal. in l. 1. q. 16. de rer. diuiſ. & idem in c. 1. in fin verſ. conſidera ergo de capit. qui cur. vend.*

*Feudum autem non habens propriam naturam feudi eſt, quod degenerat à natura feudi, vt ſi certum habeat ſeruitium c. 1. in quib. cauſ. feud amitt. Aluaro. in præludijs in 12. diuiſ. habetur in c 1. tit. de feud. non habent. propr. natu. feud. & exemplum ponit Iacobus de Sancto Georgio de feudo. verſ. in feudum nu. 13. vt ſi conceſſum ſit feudum, & ſit alienabilē, profectò talis conceſsio nequaquam ſapit feudorum naturam, & de hoc videndus eſt Curt. in d. ſuo tractatu feud. in 1. par. q. 6. cum ſeq. ſi enim ſit feudum emptitium, non eſt dubium non habere naturam feudi, ſic, ſi non habeat ſeruitium perſonale, ſeu ciuile, quo caſu tranſit ad hæredes extraneos etiam, & ad feminas. Roman. conſ. 367. ſub. num. 12. & 13. Natta. conſ. 159. num. 14. & 15. Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Bal. in c. 1. §. hoc quoque col. 3. de ſucceſſ. feud. & conſ. 34. col. 1. vol. 1.*

55 *Quarta ſuccedit Diuiſio, quæ eſt quòd feudorum aliud dicatur Perſonale, & aliud Reale.*

*Perſonale eſt, quod non tranſit ad hæredes recipientis, vt in feudo habitationis, vt etiam cum pauperi nobili datur annua penſio pro victu. c. 1. quis dicatur Dux c. 1. de feud. Mar-*
56 *chiæ. c. 1. de feudo guardiæ, & quemadmodum legatum habitationis ad hæredes minimè tranſit. l. ſi habitatio. §. ad hæredem. ff. de vſu, & habitat. l. 1. ff. de ſeruitut. ruſti. prædio.*

*ita*

*ita de feudo aſſerebat. Bald. in prælud. feud in 6. diuiſ. & propriè hiſce in terminis dicitur ius perſonale perſonæ tantũ cohærens, ſimile vſufructuarij, & vt vſque ad morte finiri receptiſſimi Iuris eſt.*

*Contrarium tenuit Iacobinus in præallegatis locis num. 17. vt vbi per eum, & poteſt etiam dici perſonale reſpectu concedentis ex eo, quia non tranſeat ad ſuos hæredes, et exemplificant inſolut. data, vt per Rebuff. in ſuo tractatu feud.*

57 *Reale feudum eſt, quod eſt perpetuum, & tranſit ad hæredes, tàm ex parte recipientis quàm dantis. c. 1. §. cum verò Conradus in tit. qui feud. dare poſſ. ſiquidem vnuſquiſque præ-*
58 *ſumitur conſulere ſuis hæredibus. l. ſi pactum. ff. de probatio. c. 1. tit. de duob. fratrib. a capit. inueſtit. Vnde & unum ad propoſitum noſtrum addamus, ſi feudum datum fuerit ad certum ſeruitium ex forma. c. 1. de cap. qui cur. uend. et ſi vaſſallus præuio domini conſenſu illud vendat ſaluo Iure illo ſeruitij, & ſeruitium ſit Reale, tranſibit in emptorem; reſque feudalis obligata erit, ex quo tranſit cum ſua cauſa arg. l. liuius ff. de alim & cibar. leg. not. in l. via. §. ſi fundus, & §. quicunque. ff. de ſeruit ruſt. præd. in l. neque ff. quib. mod. vſufr amitt. in l. alienatio. ff de contrahen empt. ſin autem perſonale ſit, non tranſire nos docuit Aluar. in d. c 1. §. final. col. final.*

59 *Quinta Diuiſio eſt, quòd feudum aliud dicatur Maſculinum, quod tranſit ad maſculos excluſis fæminis. c. 1. §. hoc autem notandum in tit. qui feud. dare poſſ. immo ſi femiuarum quo-*
60 *què mentio facta eſſet, adhuc non ſuccederent, niſi maſculis deficientibus, & ſic, (vt dici ſolet) in ſubſidium c. 1. §.*

K quando

*quando etiam in tit. Epiſcopus, vel Abbas, & hæc eſt propria natura feudi. Socin Iun. conſ. 160 num. 53. par. 2. at-*
61 *que adeo, vt omnes fratres æqualiter ſuccedant, & hinc eſt, quòd tametſi filij fuerint inæqualiter inſtituti hæredes in feudo, tamen æqualiter ſuccedunt. iux. l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi, et ibi tradidit Bar. ff. de oper. liber. Paul. de Caſtr. in auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hæred.*

*Ad rem igitur noſtram redeuntes dicimus, quòd iſta feuda requirunt ſeruitia perſonalia maſculis, & non fœminis conuenientia Socin. Iun. conſ. 71. nume. 26. 1. par. & in hoc differre feudum ab emphyteoſi notiſsimi Iuris eſt, vt ibi per eum.*

62 *Fœminæ ſuccedere non poſſunt, niſi expreſsè per pactum ita fuerit conuentum. §. filia de ſucceſsio. feud. §. hoc quoque qui feud. dare poſſ. ſed vbi eſt conuentum, quòd fœmina ſuccedere poſsit, dicitur fœmininum, & fœminina feuda non ha-*
63 *bent propriam naturam feudi d. c. 1. §. penult. tit. Epiſcopus, uel Abbas. Iaſ. in l. de quibus uerſ. trigeſimo quæro. ff. de legibus. fides enim domino ſeruanda uenit, ſed quàm leues*
64 *ſint fœminæ in fide ſeruãda, apparet ex Spurij Tarpei filia, quæ aurearum armillarum cupiditatẽ capta, Tarpeiã Arcem hoſtibus prodere non erubuit Liui. ab vrbe condit. Dec. 1. lib. 1.*

65 *Ad hæc feudatarius tenetur armis dominum ſequi ad bellum; quod quidem de fœminis dici non poteſt. Dicebat nempè Cly*
66 *temneſtra, aptior eſt digitis lana, coluſquè meis, & tametſi aliquæ mulieres arma pertractaſſe repertæ ſint; tamen illud non eſt attendendum, quia vna hirundo non facit ver,*

*vt eſt*

*vt eſt in prouerbio.*

67 *Sed quid tenendum, fœmina acquiſiuit feudum nunquid ad fœminas tranſire poterit tale feudum?*

*Tex. in l 1. de feud. fœmin. quod ſic affirmare videtur, tamen tex. ille intelligi debet, vbi nullus extaret maſculus ex acquirente illa fœmina. ita loquitur d. c. 1. & vbi fœminæ non eſſent excluſæ, aliàs vbi ſemel ſunt excluſæ, perpetuò excluſæ dicuntur. c. 1. §. quin etiã. tit. Epiſco. vel Abb. ita Socin. Iun. conſ. 109. num. 7. 8. 9. 2. par.*

*Illud quoque ſciendum, ſi feudum ſit ſimplex, & ſic donatum tranſire ad fœminas, modo tamen non ſit ſolitum tranſire de primogenito ad primogenitum. Angel. conſ. 242. Bald. conſ. 251. nu. 56. vol. 1. Dominus Decian. reſpon. 19. nu. 197. vol. 3.*

68 *Sextæ diuiſioni accomodetur locus, quòd aliud dicitur feudum Antiquum, aliud feudum nouum.*

*Antiquum feudum eſt, quod non eſt acquiſitum à patre noſtro, ſed ab auo, & ab aliis aſcendentibus, à quibus agnatio noſtra originem deducit. Bald. in §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. habetur in c. 1. de gradib. ſucceſſ. in c. 1. de ſucceſſ. feud. curt. Iun. de feud. in 1. par. prin. in 8. quæſt. colum. 2. verſ. ab hac prima Clar. in d. §. q. 8. & quemadmodum in totum, ità neque in partem alterari poteſt tale feudum, ſed tenor primæ*
69 *inueſtituræ eſt ſeruandus ad vnguem. Cur. Iun. conſ. 181. num. 3. Dec. conſ. 193.*

*Ex prima enim inueſtitura acquiſitum eſt Ius omnibus deſcendentibus, & tranſuerſalibus, ita quòd alterari per comprehenſos non poteſt in præiudicium vocatorum Iacob. de Ar-*

*diz in ſumma feud. in 2. par. prin. prima. q. Dec. conſ. 445. num. 7. Et ſi fiat alienatio iſtius feudi per vaſſallum abſq;*
70 *domini conſenſu, non ipſi domino aperitur, ſed filijs, vel alijs agnatis ipſius vaſſalli, & ipſi ſaltem poſt mortem iſtius alienantis recuperare valent. Imol. in c. 2. de feud. Alex. conſ. 30. vol. 1. Socin. Iun. conſ. 12. 2. par. & in dubium præſumitur feudum antiquum Alex. conſ. 18. & conſ. 26. col. 2. in 5. vol. Curt. Iun. conſ. 3. quod poſuit poſt tract. feud. Dec. conſ. 269. num. 5. & tale feudi genus aliquando dicitur pa-*
71 *ternum, vt per Cur. Iun. in tract. feud. in 1. par. q. 8. Dec conſ. 208. num. 9. Impropriè tamen aliquã do feudum, quod à Maioribus non eſt acquiſitum, dicitur tamen antiquum,*
72 *vt ſi in conceſſione dicatur, quod conceditur in vim paterni, antiqui feudi in omnibus, & per omnia. Bal. in c. 1. de alien. feud. pater. Aluar. in cap. 1. §. 1. de grad. ſucceſ. Alex. conſ 30. vol. 1. & conſ. 2. col. 2. & 3. & conſ. 29. vol. 5. Dec. conſ. 53. & in tali feudo ſuccedunt etiam tranſuerſales, ita.*
73 *conſuluit Curt. conſ. 49. Socin. conſ. 165. vol. 2. quos etiam referebat Ripa. in l. 1. de leg. 1.*

*Quod tamen non eſſet, vbi ſimpliciter, & indefinitè ſit conceſſũ in vim antiqui, & paterni feudi, ratio, quia illud, pp ꝙ tranſuerſales ſuccedant, in feudo, eſt introductum in feudo quod verè ſit antiquum, ſeu paternum. c. 1. de nat. ſucceſ. feud.*

*Sed dubitatur quid ſi ſuper feudo antiquo ſit renouata inueſtitura, nunquid dicetur adhuc antiquum?*

74 *Bar. in l. quod dicitur. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. tenuit, quòd ſic; ipſum ſecutus eſt Alex. multa cumulando conſ. 34. col. 2. vol 5. & conſ. 2. col. 2, eodẽ vol. vbi ait talem renouatio-*

*nem*

*nem eſſe ad confirmationem, non autem ad derogationem iurium antiquorum. hoc itidem dicebat in conſ. 30. in 1. vol. Dec. conſ. 53. & 395. col. 2.*

75 *Quæ omnia etiam locum habent, vt feudum dicatur antiquũ licet in aliqua qualitate ſit alteratum, quando concedens at teſtatur ſe concedere cum qualitatibus, & circumſtantijs prædeceſſorum Bal. in c. 1. de alien. feud. pater. Alex. conſ. 29. col. 2. vol. 5. Dec. con. 53. ſic pari ratione feudum dicitur antiquum, quando feudum quidem eſt nouum, ſed eſt*
76 *ſubrogatum in locum antiqui feudi. Curt. ſenio. conſ. 48. & Dec. d. conſ. 53. ſic & ſi nobile fuerit, antiqui nomen ſibi aſſumet. Bal. in prælud. feud. col. fin. Dec. d. conſ. 53. & vbicunque (vt de feudo antiquo plura non effundamus) feudum antiquũ eo peruenit, vt ſi primi inueſtiti linea ceſſet, ad directum redeat dominum. c. 1. de benef. fratr. c. 1. §. penult. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. cum autem, vbi Scrib. qui feud. dar. poſſ. gloſ. in §. fin. l. ex facto. ff. Trebell.*

77 *Nouum dicitur feudum, quod de nouo ſit acquiſitum, & non prouenit à ſucceſſione, ſeu linea progenitorum, vt not. Bal. in l. 1. in 4. quæſt. ff. de rer. diuiſ. & in rubr. feud. in diuiſio Dec.*
78 *conſ. 53. Vel cui de nouo ſit adiuncta noua qualitas, vel onus in vltima inueſtitura. Bal. conſ. 249. col. 1. lib. 2. idem in tit. an agna vel filij num. 25. in fine, noua enim cauſa nouum producit feudum. §. inſuper. de prohib. feu. alien. per Federic. Alex. conſ. 9. vol. 5. Brun. conſ. 172. nu. 6. Oldrad. conſ. 178. Sin aũt de expreſſa mente concedentis, tũc feudũ retinet omnes qualitates feudorum antiquas, ita Bellon. cõſ. 33. num. 9. & habet initium à perſona Inueſtiti. c. 1. qui teſtes ſint*

*ſtes ſint neceſſ. ad proban. nou. inueſtit. ad fin. Aluarot. in prælud. col. 6. Bal. in 3. diui. vel ſi ſit expreſſum in inueſti tura, quòd ſit nouum. Caſtr. conſ. 152. circa præſentem ca ſum. Dec. conſ. 53. & acquirens poteſt illud alienare aſſentiente domino. c. 1. qui teſt. ſint neceſſ. ad proban. nou. inueſt. c. 1. & 2. in tit. de duob. fratr de nou. benef. inueſt. & ſic præiudicare agnatis. Alex. conſ. 285. vol. 5. & ita Guid. conſ. 108. num. 36.*

79 *Alia etiam depromatur diuiſio. Feudum Aliud dicitur hæreditarium; Aliud non hæreditarium. Hæreditarium tranſit ad hæredes omnes deſcendentes æqualiter c. 1. qui feud. dare poſſ. Iaſ. in prin. col. fin. num. 128. & eſt hæreditarium, vbi in feudo ſit mentio hæredum, vt poſt. Alex. Dec. Pariſ. Gozad. Curt. Iun. Neuiz. quos recenſet Ozaſus. Deciſ. Pedem. 23. num. 1. & 2. Card. Alban. conſ. 3. num. 9. & vbi ſumus in hoc hæreditario feudo deſcendentes ne-*
80 *queunt repudiare hæreditatem, & retinere feudum. c. 1. tit. an agna. vel filij. Bellam. in c. 1. tit. de eo, qui ſibi & hæred. & tantummodo ad eos ſpectat, qui ſunt hæredes, & ad quos onera hæreditaria deuoluuntur. Præpoſ. in c. 1. col. final. de eo, qui ſibi vel hæred. maſcul. & fœmin. inueſt. accep. & ſic operæ precium eſt, quod volens ſit hæres vaſſalli vltimo loco defuncti. Curt. Iun. conſ. 138. habita diligentia. col. fin. Socin. Iun. conſ 188. num. 15. par. 2. Sed dubitari poſſet nunquid filius adeundo hæreditatem cum Inuentario poſſit tenere hæreditarium feudum, & vltra hæreditarias vires?*

81 *Non teneri affirmatiuè reſoluendum eſſe dicimus: hæredes*

*enim*

*enim tale feudum habent, vt alienum æs ſibi debitum, & in eo nullo modo vexari poßint, & ſi iam à defuncto fuerant alienata, ab hæredibus reuocari poſſunt iuxta l. final. §. in computatione in ſua materia. C. de Iur. deliber. & vt dicebat Socin. Iun conſ. 112. num. 12. 2. par. regula, quem de*
82 *euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. iuxta l. vindicantem. ff. de euictio. quia non tenetur vltra vires hæreditarias in bonis iure hæreditarijs ideſt allodialibus, ita Socin. in præcitato loco. Vnde ex his concludemus, quod tametſi in tali feudo neceſſe ſit quod ſucceſſurus quod ſit hæres, tamen non ſuccedit. vt hæres Caſtr. in auth. poſt fratres leg. 2. C. de legit. hæred. idem in l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtamẽ-*
83 *to in 2. notab. & hæreditarium dicitur etiam, vbi eſt acquiſitum pro ſe ſimpliciter, quia intelligitur pro ſe, & hæredibus ſuis. Bal. Aluar. in c. 1. an Agna. per tex. in c. 1. de benef. fratr. & intelligi debet de hæredibus maſculis ex agnatione non de fœminis, ſeu de extraneis. c. 1. §. ſi clientulus de alien. feud. Prepoſ. in d. c. 1. an agna. vel filijs; feudum enim pro ſe, & hæredibus non alienatur in extraneos, quia verbũ*
84 *hæredibus, importat ſolum filiòs, & deſcendentes. gloſ. in l. etiam. ff. ſol. matr. In feudo enim, quod non eſt hæreditariũ, appellatione hæredis ſimpliciter venit filius Bar. & Cyn. in l. igitur videndum. §. fin. ff. de pet. hæred. Scrib. in l. ſi patroni in princ. ff. ad Trebell. et oportet hinc etiam hæredem eſſe, vt dicebamus Bal. & omnes in c. 1. tit. an Agn. vel filij Cyn. in l. 2. in fin. C. eodem in l. ſi pro hærede. §. ſi quid tamen in fin. de acq. hæred. videndus eſt Clar. alios allegans in §. feudum. q. 83. nu. 2. Dec. conſ. 395. et conſ. 445. & cõſ. 185.*

*Sed*

*Sed quid tunc dicemus, ſi inueſtitura demonſtret acquiſitionem*
85 *feudi eſſe pro ſe, & liberis, nunquid hæreditarium illud eſſe dicemus?*

*Negabimus quidem, ſed ex pacto, & prouidentia atteſtabimur concedentis Andr. de Iſer. in c. 1. §. & olim num. 2. de ſucceſ. feud Alex. conſ. 51. col. 4. vol. 4. conſ. 10. col. 4. in 3. vol Cur. Iun. in tract. feud. car. 8. col. 2.*

86 *Hic tamen feudum tripliciter conſtitui ſolet. Primum eſt, quando filij vocantur, & deſcendentes illius, qui ſuſcipit feudū, nulla facta mentione de hæredibus, & dicitur ex pacto, & prouidentia acquirentis; filij, & alij veniunt non tanquam hæredes, & tunc filij poſſunt paternam hæreditatem repudiare, & feudum retinere. Aluar. Bal. in c. 1. an Agna vel filij, vt etiam ſuperius tetigimus, & tale feudum hæreditarium tempore familiæ erciſcundæ, diuidi poteſt inter fratres, prout alia bona hæreditaria diuidi poſſunt. c. 1. §. item quib. mod. feud. amitt. c. omnes ſi de feudo fuerit controuer. inter. domi. & agna, & in tali feudo filius ſubintrant. loco patris. c. 1. de nat feud. c. 1. in prin. de ſucceſſ. feud. Gemi. in c. grandi. de ſup. negl prolat lib 6.*

87 *Aliud eſt feudum, quod tranſit in omnes quoſcunque hæredes, etiam in extraneos, & hoc dicitur hæreditarium abſolutè, & ſimpliciter. Bal in l cum virum. col. fin. C. de fideicom. in l. 1. q. 24. ff. de rer. diuiſ in c. in pænalem. colum. 5. in prin. de probi feud alien per Feder. Alex. in l. ſi patroni. col. pen ff. ad Trebell. & ſicut qui verè dominus eſt, de re ſua diſpone*
88 *re pōt, et eius diſpoſitio pro lege habetur. §. diſponat. in auth. de nupt. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. ita idem prædicari poteſt de huiuſ-*

*de huiuſmodi feudo. Abb. conſ. 3 Nitar in præſenti. 2. vol. Alex. conſ. 195. 6. vol. Dec. conſ. 78. licet in cauſa.*

*Tertium eſt hoc noſtrum hæreditarium, quod ad ſolos ſpectat (vt dicebamus) agnatos, tunc operæ pretium eſt ipſos eſſe hæredes, Socin. Iun. conſ. 42. num. 1. vol. 3. Ripa in l. in quartam. nu. 181. ff. ad l Falcid. Phanut. de confectio. inuentar. par. 6. num. 14. Affli. in c. 1. num. 13. tit. an Agna. vel filij, & vbicunque ſumus in huiuſmodi feudo, & ipſum venit*
89 *nit in reſtitutione fideicommiſſi. Bar. & Alex. eadem l. ſi patrui. in prin. ff. ad Trebell. Socin. Iun. conſ. 115. num. 33. 2. par. Sed ſi in inueſtitura fiat conceſſio alicui pro ſe, & hæredibus, dubitari poſſet, an indiſtinctè omnes admittendi eſſent hæredes, tamen reſtringi debet ad ipſum acquirentem tantum, & ad deſcendentes, non autem ad extraneos, huiuſmodi nempe eſt feudorum natura. Scribentes paſſim in l. ex facto. §. fin. ad Trebell. c. 1. §. & ſi clientulus: de alien. feud. deq; communi atteſtatur. Alex. in d. §. fin.*

90 *Non hæreditarium feudum eſt, quod acquiritur duobus modis. Primo modo, vt ſi tranſeat ſolum ad primum (vt puta) genitũ c. licet de voto Bar. in l. 1. col. 16. C. de ſum. trinit. & ſecundo loco, quando omnes de vna familia veniunt ad feudum, & dicitur etiam familiare feudum, & quis illud habet, licèt non ſit hæres, vt ſi fiat conceſſio pro ſe, & liberis ſuis, quia tunc veniunt vt filij, non vti hæredes, & hoc caſu filius poteſt repudiare paternam hæreditatem, & feudum retinere Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. Alex. conſ. 19. colum. 2. & conſ. 26. ponderatis his. 4. col. vol. 5. Aluar. poſt Bal. in c. 1. tit. an Agna. vel filij & quia tale*

*feudum tranſit in filium non vti hæredem: hinc eſt, quòd ei*
91 *non imputatur in legitimam, vel in aliquam quartã Marſ. ſing. 32. Immo ſucceſſor non tenetur ad debita, quia iſtæ ſuc-*
92 *ceſſor habet talia bona non vti hæreditaria, ſed tanquam bo na propria ipſius. Caſtr. conſ. 217. in fin. vol. 2. In dubio, ſi*
93 *quæratur an feudum ſit hæreditarium nec ne, tunc verba inueſtituræ conſideranda fore docuit Socin. conſ 103. nu. 34. 3. & 4. par. per inueſtituram enim derogatur cuilibet feudorũ ſpeciei, & ex ipſa, quo pacto nuncupandũ ſit feudum, agno- ſcimus Iaſ. poſt alios per eundem allegatos in prælud. feud. in 4. diuiſ. col. 31.*
94 *Vltima erit Diuiſio, quod aliud dicitur feudum Eccleſiaſticũ; Aliud ſeculare. Eccleſiaſticum eſt quod datur ab Eccle- ſia alicui in feudum, de quo extrauagans noſtra loquitur, et*
95 *dicitur etiam Eccleſiaſticum, quia Eccleſia recipit in feudũ aliquid c. 1. §. ſi quis quib. mod. feud. amitt. c. 1. de clerico. qui inueſtit. accep. §. fin. de Capit. Corrad. 1. c. qui feud. dare poſſ. & in hoc feudo Eccleſiaſtico non poteſt alienari inueſti- tura in deteriorem conditionem Eccleſiæ Iacob. de Belloniſ in c. 1. ibi Aluar. Præpoſ. tit. qui feud. dare poſſ. Bart in ex- trauag qui rem. C. de ſacroſan. Eccleſ Bald. in quib. quas actiones illo tit. (&) dicitur Eccleſiaſticum, quando à Clerico. recipitur non tanquam ab Eccleſia, & ſic apparet tripliciter feudum Eccleſiaſticam dici.*
97 *Seculare feudum, quod à ſeculari perſona datur, vel recipitur de re profana c. 1. de his, qui feud. dare poſſ. tit. Epiſcopus vel Abbas in princ. Aluarot in prælud. quinta diuiſ. Card. & Imola. in c. fin. de feud. Et hæc omnia de feudorum mate*

*ria extremis (quod aiunt) labijs deguſtaſſe ſufficiat. Quæ verò ſint cauſæ amittendi feudi s ab alijs deſumendũ permittamus.*

# Verba Textus.

*AMbitioſæ cupiditati illorum præcipue, qui diuinis, & humanis affectati damnatione propoſita immobilia, & pratioſa mobilia Deo dicata, ex quibus, Eccleſiæ Monaſteria, et pia loca reguntur, illuſtranturq́;, & eorum Miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis vſibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento, exquiſitis medijs vſurpare præſumũt, occurrere cupientes, omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omnéque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſsionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteoticum, præterquàm in caſibus à iure permiſsis, ac de rebus, et bonis in Emphyteoſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc Eccleſiarum euidenti vtilitate; ac de fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis temporis exigentia, ac perpetuo valitura cõſtitutione præſenti fieri prohibemus, prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis, alijs ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus in ſuo nihilominus robore permanſuris. Siquis autem contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quicquã alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſ-*

*ſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti, & tam qui alienat, quàm qui alienatas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excomunicationis incurrat. Alienanti verò bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumq; piorum quorumlibet incolſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali, aut Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus, & per ſex menſes immediatè ſequentes ſub interdicto huiuſmodi animo (quod abſit) perſeuerauerit induratro lapſis menſibus eiſdem, à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterij, cui præſidet in ſpiritualibus, & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus; Inferiores verò prælati commendatarij, & aliarum Eccleſiarum rectores beneficia, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, alijsq; Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & regularibus beneficijs; quorum res, & bona alienarunt dumtaxàt, ipſo facto priuati exiſtant; illaq; abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſintq; per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis, quæ propter ea priuatæ fuerint) de iure conferri; niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis ſint ſpecialiter, aut generaliter reſeruata; Nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, liberè reuertantur.*

tur.

*tur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, & innouationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. ſiquis attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Dominicæ Incarnationis M. ccccl x vij. Calend. Martij. Pontificatus noſtri Anno Quarto.*

## *SVMMARIVM.*

1 IN qualibet re tradenda tria inſpici debent.
2 Beneficiarius poteſt donare fructus Eccleſię durante eius vita.
3 Prælatus poteſt infeudare cõſanguineis ſuis pauperibus.
4 Prælatus poteſt repudiare hæreditatem.
5 Locatio non ſolet mutare dominium.
6 Inſtrumentum locationis non probat dominium.
7 Poſſeſſio non probatur, niſi interueniat fructuum perceptio.
8 Prelatus iurans non alienare, ſi locat ad longum tempus, non incidit in periurium.
9 Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.
10 Bona Eccleſię tres ob caſus alienantur.
11 Dans in emphyteoſim cenſetur dare ea conditione quòd res reddatur melior.

12 Dam-

12 Damnum leue non attenditur.
13 Bona eccleſiæ incidunt in commercium.
14 Alienare eſt dominium transferre.
15 Verba in potentiori ſignificatu intelligenda.
16 Bona Eccleſiarum quæ alienari poſſint ſine ſolennitate.
17 Qui omne dicit, nihil excludit.
18 Verba generaliter prolata generaliter debent intelligi.
19 Feuda adinuenta, vt fideles habeantur milites.
20 Duo gladij Petri quid demonſtrarint.
21 Fructus bonorum Eccleſiæ dicuntur ſacri.
22 Augmentum eodem iure cenſetur, quo principale.
23 A fine omnia denominantur, & cognoſcuntur, & num. 24.
25 Cauſa finalis colligitur ex proœmio.
26 Omnes actiones humanę à voluntate proficiſcũtur.
27 Cauſa finali ceſſante ceſſat diſpoſitio.
28 Finalis cauſa principium intentionis, & ſubſtantia.
29 Quod culpa caret, in damnum reuocari non poteſt.
30 Culpa vbi non eſt, ibi ceſſat delictum.
31 Effectus ampliatur, & reſtringitur à ſua cauſa.
32 Allegans ius correctum ſine dolo, non incidit in pœnam falſi.
33 Voluntas Radix omnium bonorum, & malorum.
34 Circa Animam tria ſunt Habilitas, Affectio, & Habitus.
35 Tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obli-

obligationis.

36 Intellectus ad §. primum in procemio inſtitutionum.

37 Cõtractus fraudoloſ è factus valet in dãnũ fraudãtis.

38 Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.

39 Clericus pro debito pecuniario regulariter non poteſt capi, & detineri. Fallit, & num. 40.

41 Ratio legis attendenda.

42 Doctor non debet ignorare rationem dubitandi, & decidendi.

43 Ratio legis (correcta lege) allegari poteſt.

44 Lex præſumitur condita ex iuſta ratione.

45 Lex humana debet habere imaginem legis diuinæ.

46 Omnes leges proficiſcũtur à lege diuina.

47 Lex diuina perfectiſſima.

48 Ratio deciſionis.

49 Altari qui ſeruit, de altari viuere debet.

50 Militare proprijs ſtipendijs non decet.

51 Eccleſia mater Iuſtitiæ.

52 Clerici debent eſſe magis deuoti laicis.

53 Actiones Eccleſiaſticorum ſunt exempla laicorum.

54 Alienatione prohibita cenſetur omnis obligatio, & hypothêca prohibita.

55 Argumentum à ſimili (data diſſimilidine) non valet, & dicitur quoddam figmentum.

56 Argumentum à ſimili eſt admodum fallax.

57 Bona Eccleſiæ ſolita infeudari poſſunt infeudari.

58 Prælatus poteſt concedere magis ſuis impaupertate exiſtentibus, quàm extraneis.

59 Conſanguinei Prælati impij,& infideles non ſunt inueſtiendi.

60 Prælato non creditur aſſerenti bona eſſe ſolita infeudari.

61 Prælatus omittendo præiudicat Eccleſiæ.

62 Prælatus tenetur ex negligentia ſua.

63 Prælatus ſuſpectus remouetur ab adminiſtratione.

64 Bona Eccleſiæ ſacra, quæ in commercium hominũ veniant.

65 Prælatus non eſt propriè dominus rerum Eccleſiæ.

66 Pupilli licèt domini ſint rerum ſuarum, tamen illas alienare non poſſunt.

67 Maritus non alienat bona dotalia.

68 Dominium rerum Eccleſiæ eſt Dei.

69 Clericus ſatisfaciens creditoribus ſuis ex bonis Eccleſiæ, ſatisfacit pro paupere uno.

70 Dictiones generales reſtringuntur ad naturã actus, ſuperquo interponuntur.

71 Ad validandum actum duo requiruntur, Voluntas, & Poteſtas.

72 Benefitia omnia Mundi ſunt manualia Papæ.

73 Vtilitas Eccleſiæ non præſumitur.

74 Dolus conſideratur re ipſa, & ex animo.

*In qua-*

1 IN qualibet re tradenda (teſte Ariſt. 3. Rhetor. cap. 13.) partes tres ſpectandæ proponi debent videlicet, exordium Tractatus, & Epilogus; Hæc tria in extrauaganti noſtra vltro ſe offerunt. Tractatus ibi conſpici poteſt; omniũ rerum, & bonorum eccleſiaſticorum; Epilogus autem ibi: Nulli igitur. Et quia iam dudum pro conſtituta lege habitum eſt apud interpretes omnes, ut antequã ad interpretationem textus ſermonem conferant, ad caſum, ſeu ad facti ſpeciem deueniant, ac vt controuerſiarum porrecta anſa, clarior reddatur legiſlatoris canſtitutio; & quæ conſtituendi ita fuerit cauſa, perſpicua deducatur ratio, ideo facti ſpecies ſic fingi poteſt.

Quidam Beneficiarius Romæ (vt pote) exiſtens in animo habebat velle ad longum tempus, vel in Emphyteoſim, ſeu in feudum concedere nonnulla Eccleſiæ ſuæ bona; dubitatur nunquid talis eius intentio moderari deberet, ita quòd à Summo Pontifice eſſet ex aliqua ratione prohibendus, vel ratione temporis reprimendus.

Quòd prohibendus minimè eſſet infra dicenda ipſius intentionem fulcire videbantur.

Primò quidem Beneficiarius habens adminiſtrationem rerum
2 Eccleſiaſticarum poteſt donare fructus Eccleſiæ durante eius vita, & illos alienare, & quidem licitè. c. peruenit. de fideiuſſ. Alex. in l. diuortio. col. 2. ff. ſolut. matr. Fely. in c. poſtulaſti. col. 9. de reſcript. vbi etiam habetur quòd Præla-
3 tus poteſt infeudare conſanguineis ſuis in paupertate exiſtẽtibus, ergo multò magis poterit locare. auth. multò magis.

*C. de ſacroſan. Eccleſ. Immo Prælatus poteſt hæreditatẽ,*
*& legatum repudiare, & ſic præiudicare Eccleſiæ. Iaſ la-*
*tè in l. Legatum ff. de leg. 1. Put. deciſ. 519. lib. 2. Bal. in*
*l. pupillorum ff. de repud. hæred. in l. contra iuris. §. curator.*
*ff. de pactis Socin. conſ. 53. num. 26. vol. 4. per locationem*
*enim tantummodo fit fructuum alienatio, vt eſt Textus*
5 *clarus in l. non ſolet. ff. locati. & quod l. locatio non ſoleat*
*mutare dominium. tex. eſt in l. cum manu ſata in fine ff.*
*de contrah. empt. vbi quando in contractu agitur, vt domi*
*nium non transferatur, nõ eſt venditio, ſed locatio l. ſi vſus-*
*fructus ff. de iure. dot. Et hinc eſt, quòd per inſtrumentum*
6 *locationis non probatur dominium l. ad probationem. C. de*
*probat. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 9. num. 33. neque*
7 *etiam probatur poſſeſſio, niſi interueniat etiam fructuum*
*perceptio. Affl. deciſ. 325. Bellon. conſ. 11. num. 9. Et il-*
*lud verum eſt, quòd ſi Prælatus iurauerit non alienare bona*
8 *Eccleſiæ, & tamen ad longum tempus locauerit, non ideo*
*periurus dicendus eſt. Card. in c. cum contingat de iureiur.*
*Couar. var. reſolut. cap. 16. num. 2. lib. 2.*

9 *Iſta igitur iura generaliter loquuntur, & ſic generaliter intelli-*
*genda. l. de pretio, cum vulgaribus ff. de publ. in rem actio.*
*Ad hæc, iura loquentia de ſolemnitatibus adhibendis in*
*alienandis eccleſiaſticis bonis loquuntur, quando fit aliena-*
*tio rerum immobilium, non autem fructuum, & ſi demo-*
*bilibus loquuntur, vbi ſunt illa quidem precioſa c. ſine exce-*
*ptione. c. non liceat. 12. q. 2. & per tot. & facit integer titu-*
*lus. de reb. eccleſ. non alien. Ergo à contrario ſenſu (quod*
*validiſſimum eſt argumentum) fructus poſſunt alienari.*

*arg.*

*arg.l. 1 ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.*

10 *Quòd autem ſecundo loco poſſet in Emphyteoſim concedere, ex eo videbatur eius fulciri intentio; tres ſunt caſus, in quibus bona Eccleſiæ alienari permittuntur, videlicet propter neceßitatem, Pietatem, & Vtilitatem. c. ſine exceptione. & ibi not. 12. q. 2. & gloſ. in ſum. eadem cauſ. & quæſt.*

11 *Sed qui in Emphyteoſim dat, ea conditione dare cenſetur, vt res reddantur meliores. l. 1. C. de iur. Emphyt. & ſuperius diximus, ergo cum de meliori reddenda conditione Eccleſiæ quæritet, debet poſſe in Emphyteoſim dari; & tametſi Eccleſia aliquod pateretur damnum, illud vti leue non eſt attendendum. arg. c. terulas. 12. q 2. vbi probatur, quòd vineola, & terra modici momenti Eccleſiæ alienari poteſt, remotis etiam ſolemnitatibus; hocq; referebat Marzar. cōſ. 15. pag. 152. in prin.*

13 *Ad hæc, & illud addamus Eccleſiæ bena vendi, & emi poſſunt, & ſic in commercium deuenire. c. ſine exceptione. 12. q. 2. c. nulli. eod. loco; Multò facilius ergo locari, vel in Emphyteoſim, ſeu feudum dari. Illud, quod intactum non erit deſerendum, qui alicuius rei dominus eſt, poteſt de illa ad libitum diſponere. l. ſiquis. in §. differentia ff. de acq. poſeſſ. Beneficiarij ſunt domini ſuorum redditum Eccleſiaſticorum, quia in c. 1. de cler. non reſident. habetur beneficiarios, qui non interueniunt horis, non effici dominos diſtributionum quotidianarum, ergo à contrario ſenſu, ſi interueniunt, efficiuntur domini, comprobatur; clerici coguntur ſuis ſatisfacere creditoribus de fructibus Eccleſiæ ſuæ. c. peruenis. de fideiuſſ. igitur ſui ſunt, aliàs non poßent ex illis ſolue-*

*re, quia quis ex alieno ſoluendo non liberatur. arg. c. forte.
c. denique. 14.q.5.c.ea te. de iureiurando. prohibetur quidē
14 alienatio, ſed alienare eſt dominium transferre. l. 1. C. de
fund. dot. l. alienationis verbo. ff. de verb. ſignif. & de
alienatione dominij videtur intelligendum; cum enim ver-
15 ba in potentiori ſignificatu ſint intelligenda l. 1. in fine. ff. ſi
ager. vectig. & potentior hic ſignificatus eſt de vera alie-
natione dominij, fructuum verò eſt impropria.*

*Quin & illud prætermittendum non erit, licèt in prima oppoſi-
16 tione fuerit dictum, abſolutè etiam quoad dominium alie-
nari poſſunt. hoc enim annuit Textus. in d.c. terulas. 12.q.
2. vbi probatur, quòd prædiola, & vineolas Prælatus alie-
nare poteſt abſque aliqua ſolemnitate; hocq́; docebat Mar
zar. in d. conſ 15. pag. 152. in prin. Et quia fortaſſe dici
poſſet ibi de modicis loqui rebus, dicimus Textum noſtrum
17 habere omnium rerum, & bonorum, & qui omne dicit,
nihil excludit. gloſ. in l. à procuratoribus. C. mand. &
18 verba generaliter prolata generaliter debent intelligi. l. 1.
§. generaliter. ff. de legat. præſt. l. de precio. ff. de publ. in
rem actio.*

*Quòd in feudum concedere poſſet, pari ratione dicendum; feu-
19 da ea de cauſa fuiſſe adinuenta, vt fideles habeantur mi-
lites, qui Barones appellantur, vt Imperia, Regna, &
quælibet bona facilius regi poßint, & tutius conſeruari c. 1.
de his, qui feud. dare poſſ. c. 1. §. fin. per quos fiat inueſt. &
ita dicebat etiam Lucas de Penna. in l. fin. C. de mand. &
Colon. lib. 11. Bal. in c. innotuit. de elect. Sed nulli dubium
eſt, quòd Eccleſia indiget ſeculari auxilio. c. ſi Imperator.
95. diſt.*

95. *diſt. c. 1. 1. q. 7. not. in c. nos autem. 16. q. 1. c. quod ergo. 11. q. 3. c. vlt. de poſtul. prælat. quid nempe indicant illi duo gladij Petri, quibus in vltima cœna ſe Dominum defenſurum fuit pollicitus, niſi ad Eccleſiam tuendam, nō ſacro tantū opus eſſe auxilio, ſed & tēporali quoque? Immo Eccleſia, & Imperium mutuum debent ſibi præſtare auxilium. gloſ. in c. conuenior. in ver. auxilium. 23. q. 8. & per Card. Albanum. in tract. de Immunit. Eccleſ. nu. 89. Ex ijs igitur videtur dicendum ipſum potuiſſe in feudum concedere.*

*Et quia ex tex. habetur, quòd tamen alienari fructus poſſunt; dubitatio ex eo oriri videbatur; quòd & ipſi alienari non*
21 *poſſent; Nam fructus bonorum Eccleſiæ dicuntur ſacri, quia conſtituti ſunt pro ſubſtentatione ſacrarum rerum. Diuus. Tho. 2. 2. quæſt. 99. artic. 3. & quemadmodum immobilia prohibentur, quia deſeruiunt rebus ſacris, ſic & fructus. Immo fructus ſunt augmentum immobilium re-*
22 *rum, & augmentum eodem iure cenſeri debet, quo principale. l. inter ſocerum. ff. de pactis dotal. l. etiam. C. de iur. dotium. l ſi conuenerit. § ſi nuda. ff. de pignor. actio. ſi nempe finem inſpiciamus, qui inſpici meritò debet, cum ad ipſum omnes actiones, omnis intentio, omne prædicatum re-*
23 *feratur: Immo à fine cuncta denominari haud ambigendum eſt. §. omne autem Ius. inſtit. tit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. de vſufru. c. Fraternitatis. §. final. de frigid. & maleſi. & illud addamus à fine omnia cognoſci. Bal. conſ. 272. vol. 1. Alber. in l. 1. col. 2. ff. de orig. iuriſ. Signo. conſ. 25. num. 16. fructibus ſacris conſer*

*uari fatebimur, amotis, & diſsipatis fructibus nullius mo-
menti immobilia eſſe cognoſcemus, cum igitur ſit eadem ra-
tio, idem Ius etiam eſſet ſtatuendum.l. illud.ff.ad l.Aquil.
Ad hæc non videtur iſta conſtitutio vnquam locum habere
poſſe; nam emanauit contra fraudatores, & vſurpato-
res rerum Eccleſiaſticarum, vt in tex. cum inquit Summus
Pontifex pro proprijs vſibus applicare, ibi vſurpare præſu-
munt, & cum iſta verba ſint in proœmio, ex quo finalis
25 cauſa colligi ſolet.l. vt liberis.C. de collat.l.fin.ff. de hæred.
inſtit. ita Lanfran. in c. quoniam contra in 2. not. de pro-
26 batio. eſt dicendum mentem Pontificis fuiſſe doloſis aliena-
tionibus prouidere. Actiones enim noſtræ omnes, vt do-
cet Philoſ.6. Ethic.c.2. à voluntate proficiſcuntur, & nos
eſſe principia earum efficientia docet. Ergo à contrario ſen
ſu eſt dicendum, quòd vbi fraus non interuenit, vt quia do
losè non eſt alienatio facta, ſed quomodolibet contrauentũ,
27 locum non habent, quia ceſſat cauſa finalis, qua ceſſante
ceſſat & diſpoſitio l.fina ff. de hæred.inſtit. Hæc enim fina-
28 lis cauſa dicitur principium intentionis. Bal. in l. eam quã.
col.1.C.de fideicom. Barba. conſ.30. lib. 2. Immo cauſa
finalis dicitur ſubſtantia.gloſ. in l. iuriſgentium.§. quod fe-
ræ.ff.de pactis; tritiſsimumq; illud in iure habemus, quòd
29 res, quæ culpa caret, in damnum reuocari non poteſt l. Gra-
cus.C. de aduct. Fely. in c. in omni. de teſtibus. Abbas in
c.cum,eſſes. de teſtam. & vbi non eſt culpa, ibi non eſt deli-
30 ctum.c. cum voluntate. de ſent. excom. & quilibet effe-
31 ctus ampliatur, & reſtringitur à ſua cauſa finali.l.cum pa
ter.§.dulciſsimus ff.de leg.2.l.ſi is qui ff.de acq poſeſſ.l.2.§.*

1. &

1. *& ibi not. ff. de actio. & oblig. Ergo ceſſante iſta cauſa deberet ceſſare diſpoſitio; & hinc eſt, quòd allegans ius cor-*
32 *rectum ſine dolo, non incidit in pœnam falſi. Scribentes in c. 1. de conſtit Imol conſ. 104. Caſſad. ſuper regul. Can cell. Apoſtol. num. 4. deciſ. 36. Zuchard. in l. fina. num. 145. C. de edicto. Diui Adria. tollen.*

*Sed ſi locatio doloſè facta eſt, dico quòd non ratione temporis alicuius; nam tempore non inducitur delictum, ſed bene quidem à Naturæ corruptis affectibus, qui ex voluntate*
33 *agentium proficiſcuntur, quæ voluntas dicitur radix omnium bonorum, & malorum. Nauar. in c. perfecta. nu. 4. de pœnit. diſt. 1. Sunt enim circa animam (vt volunt phi-*
34 *loſophi) habilitas, ſeu potentia, affectio, poſtremò habitus, ex quibus potentia eſt principium, & materia affectionis, qua fit homo aptus ad virtutes, adquè vitia, & ideo in ſacris litteris habetur, & appoſuit Deus aquam, & ignem, Affectus deinde mouet potentiam; Habitus eſt confirmatio ipſius potentiæ ratione carentis ortus à conſuetudine, qui ſi pluribus actibus cum ratione fuerit conſtitutus; inde efficitur & procreatur virtus; ſin verò malis, inde vitia, turpia dicta, ac facta generantur, ſicut enim*
35 *tempus non dicitur modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. l obligationum. §. placet. ff. de oblig. & actio. §. at ſi ita. de verb. obligat. & ita pari ratione inducendi delictū, ex quo oritur obligatio. inſtit. tit. de oblig. quæ ex deli. naſc. & tametſi aliquando dicamus, ætatem, tempora malis vti moribus, tamen illud eſt figuratè dictum per Methonomyam, ideſt homines viuentes in hac ætate. ita Textus in-*

36 *telligendus in §. 1. inſtit. in proœm. ibi vt vtrunque tempus bellorum, & pacis, ideſt homines in vtroque tempore. Sed ratione fraudis, & doli contractus reſcinditur, quia ipſo iure eſt nullus, vt dicebamus. l. eleganter. ff. de dolo. & ibi*
37 *Alex. & huiuſmodi contractus licèt valeat, valet in damnum fraudantis, & dolum committentis. Bal. in l. tranſactione. in 2. not. l. 1. de tranſact. Bar. in l. in cauſæ.*
38 *la 2. ff. de minor. & hinc eſt, quòd bonæfidei poſſeſſor ſuos facit fructus, quia quilibet dolus ab ipſo penitus abeſſe præſumitur. l. in bonæfidei. ff. de acq. rer. domi. Bar. in l ex diuerſo. §. 1. & Iaſ. in l. omnium de actio. Illudq́; habemus, Clericum non poſſe regulariter capi, & detineri pro debito*
39 *pecuniario. c. lator. de pignor. C. Odoardus. de ſolut. Ioan. Andr. in c. 51. clericos. de ſent. excom. in 6.*

*Tamen non procedit vbicunque clericus eſſet in dolo. Alciat.*
40 *in c. cum non ab homine. num. 26. de iudi. reprobant, & quidem iure optimo iura ſuppetias illi ferre, qui ſe in neceſſitatem poſuit.*

*His, & ſimilibus, quæ fortaſſe huic conſtitutioni noſtræ coloratæ obſtare viderentur, nequaquam refragrantibus, contrarium fuit per ſummum Pontificem determinatum; & quia in qualibet diſpoſitione quæ fuerit ratio legis, attendere*
41 *debemus l. cum ratio. ff. de bon. damnat. quæ dicitur legis anima, ipſam mirificans, vt anima corpus. l. adigere §. quamuis. ff. de iure patron. l. milites agrum ff. de re milit. l. cum pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. 2. & dici ſolet nequaquã*
42 *Iuriſconſultum rationem dubitandi ignorare debere, aliàs legis ſenſum rectè colligi non poſſe. Bal. in l. tutores. C. de*

conſtit.

*conſtit. pecu. Cagno. in l. fin. nu. 85. C. de pactis; & hinc dicimus quoque legem eſſe omne id, quod ratione conſiſtit. c. conſuetudo. 1. diſtinct. c. ratio nulla de præben. & adeo ratio in lege attenditur, ut tametſi ipſa ſit lex correcta, tamen*
43 *eius ratio allegari poſſit. c. nouit de Iudi c. auctoritate Martini. de conceſſ. præben. in. 6. Nā licèt Iura, de quibus ibi, eſſent correcta, tamen ratio illorum iurium allegatur:*
*Viglius de teſtam. in verſ. ſed vt nihil. inſtit. tit. Corn. in l. fin. C. de collat. num. 11. idem in l. fin num. 11. C. de edicto Diui Adr. tollen. & ſemper in dubio cenſendum eſt legem*
44 *ſumma ratione fuiſſe conditam, ſicut etiam dici ſolet de ſententia, quæ in dubio præſumitur iuſta, vt Socin. Iun. conſ. 39. col. 1. num. 4. neque id quidem immeritò; quoniam lex*
45 *humana debet habere ſimilitudinem, & imaginem legis diuinæ Gomeſ. ſuper. regul. de infirmo reſignan. quæſt. 1. nu. 8. Abſit, Plato ait in Mynoe, vt iniqua ſanctio lex ſit, omnes*
46 *nes nempe leges ab illa æterna originem ducunt. D. Th. 1. 2. q. 93. ait. 3. Fortu. in tract. de vlt. fin. Sotus de Iuſt. & iur. lib. 1. q. 3. art. 3. ſi enim uerum eſt, leges bonas ex malis procreari moribus, vt Macrob. Saturna. lib. 3. cap. 17. vt infra etiam dicemus, morbum medicinæ præcedere neceſſe eſt. c. nam concupiſcentiam de conſtit. Et ex hoc etiam legem, ſeu ipſius rationem neceſſariò optimam fore erit dicendum, & quia ita eſſe debent, hac de cauſa eſſe præſumuntur,*
47 *tur, quoties quiſque ignorat diuinam legem perfectiſſimam eſſe. c. maiores de baptiſ.*

*Perquirenda igitur in caſu noſtro eſt ratio, qua motus Paulus ſecundus conſtituit locationem vltra triennium fieri non*

*poſſe, non dari in feudum, non in emphyteoſim.*

48 *Ratio inquam colligitur ex Pontificis ſummi verbis; dum inquit, velle occurrere ambitioſæ cupiditati vſurpantium eccleſiaſtica bona, quæ in proprios vſus illa conuertere minime erubeſcunt; quibus tamen ſacrorum miniſtri alendi eſſent. Turpe quidem eſt, quæ ſemel Deo ſunt dedicata, ad humanos conuertere vſus. §. Sacræ. inſtit. tit. de rer. diuiſ. Vtilitas ergo Eccleſiæ in eo verſatur, ne bona ipſius alienentur Auth. qui rem. C. de ſacroſan. Eccleſ. ibi Cagnol & vt dicebamus per tales contractus fiunt alienationes. l. 1. ff. ſi ager vectigal.*

*Verùm quia huiuſmodi ratio videtur à remotis ſumpta, ideo rationem magis (vt dici ſolet) ſpecialem ſcrutemur.*

*Rationem igitur eam fuiſſe exiſtimamus videlicet, ſi locatio ad longum tempus fieri poſſet, Prælatus poſſet anticipatis pẽſionibus locationem conſtituere, & fortaſſe accideret quod ſi ſucceſſor non haberet, vnde ſe aleret, & tamen habe-*
49 *mus eum qui altari ſeruit, de altari viuere debere. cap. cum ſecundum de præben. & hinc ordinis turpitudo videre nempe clericum mendicantem, & vileſcit clericalis*
50 *dignitas; deberet enim proprijs ſtipendijs militare, quod nullatenus eſt dicendum, & ſic ageretur de damno ſucceſſorũ. not. per Card. in c. fin. ne prælati vices ſuas; vnde dici poſſet mendicat in plateis infælix clericus. c. diaconi 93. diſt. gloſ. in c. neminem. 70. diſt.*

*Sed quiſpiam dicere poſſet, quòd ſucceſſor non tenetur ſtare huiuſmodi locationi, etiamſi conductor ſoluiſſet anticipatas ſolutiones. cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien. ſicquè conſuluit*

Crot.

*Crot.conſ 414.num.9.verſ.3.de enormi.volum.3.*

*Ad hæc aptantur, quæ dicta reliquit Alex. conſ. 55.num 7. 8.vol.1. Reſpondeamus nempe, quòd materia daretur eccleſiaſticis perſonis decipiendi laicos, quod nullo pacto eſt dicendum, vnde vbi Iuſtitia oriri debet, non eſt permittendũ*
51 *vt naſcatur iniuſtitia, & Eccleſia eſt altrix Iuſtitiæ. c.1. §.ſed diuerſum de alien.feud & ibi Iſer.dicebat, Eccleſiã debere in ſua perſona ſeruare, & Clerici debent eſſe maiori*
52 *in Deum deuotione, vt ex Concil. Trident.ſeſſ.22.c.1.de refor.nihil eſt quod magis Eccleſiam Dei deſtruat, quàm malos videre illius miniſtros.c.qualis. 8.q.1.quod agitur à*
53 *perſonis eccleſiaſticis, facilè trahitur à ſubditis in exemplũ. c.magnæ de voto.Barba.conſ. 40.col.6 lib. 4.gloſ.in c.ex merito 6.q. 1.quæ illud Claudiani deducit, totus componitur orbis Regis ad exemplum: Hac igitur de cauſa cauere debent, ne alios decipiant neque re ipſa, neque dolo.*

*Quo verò ad feudum, & emphyteoſim nulli dubium, quòd transfertur vtile dominium, ut ſupradictum eſt, & eſt alienationis ſpecies, & hinc eſt quod prohibitus alienare, cenſetur etiam prohibitus in emphyteoſim dare, & in Liuellum, vt per Ruy. conſ. 131.lib. 3.num. 11. Immo alienatione*
54 *prohibita, cenſendum eſt, omnem obligationem, omnem hypothecam, eſſe prohibitam.l.final.C.de reb.alien.non alien. Bart.in l.in quorum.ff.de pignor.Iaſ.in l.final.col.36.C.de iur.emphyt.*

*Quibus rationibus ſic ſtantibus, nõ obſtant modo quæ ex aduerſo dubitationem facere videbantur.*

*Et primò non obſtat, quòd Beneficiarius poſſit donare fructus*

*durante eius vita, hoc quidem verum eſt, quia non tracta-tur de alicuius damno; non Eccleſiæ; quia proprietas non alienatur; non ſucceſſoris, quia eo defuncto fructus ad ſucceſſores ſpectant, ſed conſequentia non valet, ergo poteſt locare, nam per donationem fructuum nullum ius acquiritur donatario; ſed per locationem ad longum tempus acquiritur Ius in re, vt dicebamus, & licet in aliquibus videantur ſimilia tamen in hoc maximopere differunt, & habemus*
55 *quod argumentum à ſimili non tenet data diſsimilitudine not in l. ſi idem. C. de codicill. l. quod verum. ff. depoſ. & argumentum à ſimili dicitur quoddam figmentum, & non ipſa reſ. Bal. in l. 1. C. de patri. qui fil. diſtrax. & hoc argu-*
56 *mentum eſt admodum fallax Archid. in c. relatum. 36. diſtinct. Alber. in dictionario in ver. argumentum, & paſſim ſcribentes in. c. translato de conſtitutionibus.*

57 *Ad illud autem, quod dictum eſt, ipſum infeudare poſſe, hoc eſt verum in rebus ſolitis infeudari. c. 1. 1. reſponſ. qui feud. dare poſſ. c. cum ab eccleſiarũ de offic. ordinar. c. 2. de Iudi. c. 1. de cler. qui inueſtit. fec. Scribentes in c. 1. qui feud. da-*
58 *re poſſ. & ſi ſui laborent paupertate, magis ſuis concedere poteſt, quàm extraneis Scribentes in dictis locis. Vnde Diuus Aug. lib. de doctr. Chriſt. 1. cap. 18. omnes homines æquè diligendi ſunt, ſed cum omnibus prodeſſe non poſsis, his potiſsimum conſulendum eſt; qui pro locorum, & temporũ, vel quarumlibet rerum opportunitatibus conſtrictius ſibi certo quaſi quodam vinculo iunguntur.*

*Sed quid dicemus; ſi huiuſmodi conſanguinei eſſent impij, infideles, bonorũ dilapidatores; ſacrilegi, & ſic de huõi vitijs?*

59 *Exiſti-*

59 *Exiſtimamus ipſos tunc inueſtiendos minimè eſſe, inquit nempe Auguſt. ſuper Epiſtol. ad Galat. operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei, & D. Ambroſ. ſuper illud Canti. c. 2. ordinauit in me charitatem, ait, multorum charitas inordinata eſt, quod in primo eſt, ponunt tertium, vel quartum; primò Deus diligendus eſt; ſecundò parentes; inde filij; poſt domeſtici, qui ſi boni ſunt, malis filijs præponendi ſunt. Dicimus ergo in concedendo talia feuda, non ſibi eſt imputandum, agit nempè quod ab alijs agi ſolitum eſt, & non tractatur de ſucceſſoris præiudicio; prouidetur, enim ſibi de beneficio cum tali honore, & onere.*

*Sed nunquid credetur Prælato aſſerenti rem ſolitam eſſe locari, ſeu infeudari?*

60 *Dicendum eſt quòd non c. 2. de feud. ita Bald. in prælud. feud. in 3. diuiſ. vt ad textum diffuſius loquemur.*

*Neque contrariantur quæ dicta ſunt de reſpuenda per Prælatū*
61 *hæreditate, quia illud procedit in omittendo, vt ſi patiatur bona Eccleſiæ præſcribi. Abba. in c. 1. de in integ. reſtit. Io. Andr. in c. delictum de reg. Iur. in 6. c. fraternitatis de donatione. Tamen poteſt ad emendationem agi contra illius hæredes, qui ex delicto defuncti ſunt obligati. c. ſtatuemus, & ibi not. c. Epiſcopus. 12. q. 2. Immo Prælatus non iurans indemnitatem Eccleſiæ, ſed potius damnorum cauſa exiſtens, ipſe, non Eccleſia debet tale damnum ſubire. Abb. in c. fraternitatem. num. 4. de donatio. & ex negli-*
62 *gentia ſua teneri dixit gloſ. in c. ex multis. 1. q. 3. gloſ. in c. placuit 16. q. 3. probatur in l. quicquid. C. arbitrium tutelæ, & in hæreditate repudiata poteſt Eccleſia reſtitui in inte-*

grum

*grum arg.l.a Tito.ff.de furt.in l.cum pater.§.fi.ff de leg.2. Hos autem loquimur in faciendo,quod præſtare nequit Prælatus. c.fraternitatis de donat. Maius delictum eſt in committendo quàm in omittẽdo,not.in l.ſi mora.ff.ſolut. matr. in l. 2.ff.ad Syllan. & in delictis non valet argumentum ad id,quod fit omittẽdo Bar.in l.licet.§.fin ff.de pecul.Bal. in l.argentarius.§.cum autem.ff.de eden. Illud quoque non omittendum erit, Prælatum propter malam adminiſtratio*
63 *nem bonorum Eccleſiæ vti ſuſpectum remouendum fore c.venerabilis cum gloſ.de offi.deleg. c. licet Hely. de ſimon ibi gloſ.in verbo de dilapidatione;ò vtinam, vt apud Romanos ſapientiſsimè Cenſores fuere conſtituti,qui mores ciuium ſcrutarentur & pro criminum qualitate punirent,ita & in Eccleſia Dei Sancti eligerentur viri,quorum cura eſſet indagare quo pacto Eccleſiarum bona regantur,impendantur, ad quos conuertantur vſus, ſeuerè punirentur illis abutentes;non quidem tot lites, tot ſcandala pro recuperandis male alienatis, & conſumptis Eccleſiæ bonis videremus,ſed ad reliqua.*

*Et quatenus dictum eſt per locationem Ius non transferri; Illud verò in locatione ad breue tempus(vt dicebamus ſupra vbi de locatione fuimus locuti) & ſic intra tres annos, & tametſi Iura loquentia de alienatione loquantur de immobilibus, tamen in hoc dicuntur correcta à conſtitutione noſtra; Neque illud dictum repugnat, quòd immo Eccleſiæ bona in comercium hominum veniunt, quia illud verum, vbi in tali comercio conſiderari poſſunt,quæ de iure ſunt cõſideranda,vt ſupradictum eſt,& veniunt in commercio,*

*quia*

*quia iſta bona ſunt ſub quarta ſpecie ſacrorum, cum ſpe-*
64 *ciali benedictione non ſint ſacrata, vt tot. tit. de conſecr. Ec cleſ. vel altar. c. Eccleſijs. de conſecr. diſt. 1. & videndus ad hoc Nauar. de ſpol. §. 17. nu. 7. 8. & de reddit. Eccleſ. q. 1. monit. 41. in prin.*

65 *Quòd autem Prælatus habeat dominium rerum Eccleſiarũ, hoc negatur, quia licèt dicatur dominus, non propterea poteſt diſponere, ſed ſolum ille, qui purè, propriè integrè eſt dominus: vidimus nempe quod Emphyteotæ, & Feudatarij licèt vtile dominum habeant gloſ. in l. 1. ff. ſi ager vectig. tamen diſponere de re nequeunt, ſicut neque fideicommiſſarius, qui fideicommiſſum reſtituere tenetur licèt ſint domini, & dominium habeant, & teneantur obſeruare omnia onera per teſtatorem impoſita l. fœmina. C. de ſecund. nupt. tot. tit. C. & ff. ad Trebell. ſenat. conſ. & C. & ff. de cond.*
66 *& demonſtr. ſic & validius dicimus de pupillis, qui domini ſunt, tamen eoſdem alienare minimè poſſe omnibus eſſe notum haud ignoramus. Inſtit. tit. quib. alien. licet, vel non*
67 *Maritus etiam eſt dominus rerum dotalium vxoris, ea tamen inuita alienare nequit. l. dote ancillam. C. de rei vend. & ſic cum etiam contrarium in iure habeamus, hoc argumentum debile eſſe dicemus gloſ. in c. ſiguificaſti. de foro compet. Felyn. in c. à nobis il. 2. de ſent. excom. Dominium*
68 *igitur horum bonorum eſt Dei, non hominum, vt per Nauar. de reddit. Eccleſ. monit. 40. in prin. q. 1:*

*Quòd autem ex fructibus ſatisfaciant creditoribus ſuis, ergo ex re ſua dicimus id ſibi conceſſum eſſe ex ſpeciali gratia, ita dicebat Archid. & quando ſoluit creditoribus, ſoluit*

69 *pro pau-*

69 *pro paupere vno, ideſt pro ſe, qui pauper eſt, ideo ſua debita tãquam pauperis debita liberat fructibus Eccleſiæ, qui pauperibus debent erogari, & ita dicebat etiam Nauar. videndus de reddit. Eccleſ q.1. monit. 52. nu.4. & tametſi alienare ſit dominium transferre. tamen uerificatur etiam, vbi non ſit dominij translatio, quia Ius ita diſponit, & licèt permiſſa ſit alienatio, illud verò in modicis rebus, vt infra dicemus, & textus noſter indiſtinctè loquitur, attamen ſe ipſe declarat, dum inquit, præterquam in caſibus à iure con-*
70 *ceſſis, & quamuis dictiones vniuerſales ſint, reſtringuntur tamen ad naturam actus, ſuper quo interponuntur, ne Iuribus repugnent Giminia in c. delicto. num.2. de ſent. excom. Cephal. conſ. 370. num. 100. & ſeq. & conſ. 371. nu. 35. & ſeq. vol. 3.*

*Ad illud verò, ob maiorem videlicet vtilitatem permiſſam eſſe alienatiouem rerum Eccleſiaſticarum, & ſic conceſſionem in Emphyteoſim, in qua de melidranda re agitur, & ſic de vtilitate.*

*Reſpondetur, quòd ad validandum actum duo requiruntur,*
71 *videlicet voluntas, & Poteſtas l. qua ætate. ff. de teſtam. l. multum intereſt. C. ſi qui alteri, vel ſibi. Barba. inter cõſilia Curt. ſenior. conſ. 66. Dec. conſ. 198. Socin. Iun. conſ. 99. ad finem lib. 2. licet etiam de vtilitate euidenti agatur in alienatione rerum Eccleſiæ; tamen paſſim non permittitur alienatio, ſed requiritur poteſtas videlicet ſummi Pon-*
72 *tificis, cuius omnia Mundi beneficia ſunt manualia. Clem. 1. in fin. vt lit. pendi. Bald. in leg. reſcripta. C. de precibus Imper. offeren. Alex. conſ. 74. num. 23. volum. 4. & di-*

*cebat ad propoſitum Abba. in cap. quia diuerſitatem num. 5. de conceſſ. praben. Papam etiam (ceſſante negligentia Prælatorum) poſſe conferre beneficia totius orbis, & concurrere cum quolibet ordinario, quia eſt ordinarius totius orbis, ergo non valet argumentum, quia non eſt ſatis vtilitas, ſed requiritur poteſtas, vt latius infra dicemus.*

*Minus obſtat argumentum de feudo, quia dicimus & feuda concedi non poſſe, niſi in vtilitatem Eccleſiæ, quæ vtili-*
73 *tas debet eſſe probata, immo iſta cauſa eſt probanda, aliàs nunquam præſumitur. Bart. in arg. leg. ſi forte. ff de caſt. en. pecul. l. ſi donatione C. de Collatio. abſolutè enim non prohibet locationem, Emphyteoſim, feudationem, ſed prohibet ne poſſint fieri, niſi in vtilitatem Eccleſiæ, & ſummi Pontificis confirmatione præcedente. Quatenus autem fuit dictum fructus augumentum eſſe rei immobilis, & idem dici de augmento, quod de re principali; Illud quidem verum, vbi fructus adhuc ſunt pendentes & dicuntur pars ſoli. l. fructus pendentes. ibi Caius. ff. de rei vendi. & feudo vendito, & ipſi venditioni cohærent. l. final. §. final. ff. de his, quæ in fraud. cred. noſtra autem oratio habetur de fructibus à ſolo ſeparatis.*

*Non obſtat vltimum, quòd conſtitutio noſtra videatur ſolum habere locum contra fraudatores, ibi Ambitioſæ cupiditati, ibi contra fraudatores, & alia quæ in textu. Reſpondemus nempe, quòd dolus conſideratur re ipſa. & dolus ex ani-*
74 *mo ſeu ex propoſito (vt noſtri loquuntur doctores) æquiparatur, vt dicebat Alexand. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. vbi grauatus alienando cenſetur in alienatis*

O legiti-

*legitimam ſibi elegiſſe. Scribentes in l. quoniam prioribus. C. de inoff. teſt. in l. in quartam. ff. ad Falcid. Cephal. latè conſ. 189. num. 9. & ſeq. & Paris. conſ. 17. num. 33. & conſ. 93. num. 58. lib. 1. Quid ſi alienauit quod erat optimum, nunquid in legitimam erit imputandum?*

*Dicunt Doctores noſtri, quòd non; præſumitur nempe quod doloſè fecerit. Sed quid ſi dolus præſumi nequeat? Inquiunt ſat eſſe dolum adeſſe re ipſa; ſtante enim læſione æquiparantur. Crauet. conſ. 142. num. 12. & ſeq. & conſ. 192. num. 1. Roland. à Valle conſ. 7. num. 45. Neuiz. conſ. 87. num. 34. Igitur in caſu noſtro non minus attenditur, quòd animo talia bona fuerint alienata, vel contra hanc diſpoſitionem contractata, quàm ſi re ipſa dolus interuenerit.*

# PLATO ET CAETERI

## *SVMMARIVM.*

1 ANima ex duabus partibus conſtat.
2 Actiones diuerſę ex partibus animę proficiſcuntur.
3 Animus aliquando Rex, aliquando tirannus.
4 Plura ſunt negotia, quàm verba.
5 Qualitates adinuentę ad cognoſcendas actiones.
6 Cupiditas radix omnium malorum.
7 Cupiditas in bonam partem aliquando accipitur.
8 Honor virtutis alimentum.
9 Ambitioſus quis dicatur.
10 Ambitio dira cupido.
11 Ambitus quale crimen.
12 Ambitus vnde dicatur.
13 Leges de ambitu quo tempore latę.
14 Ambitus duplex genus.
15 Inconueniens, improbos Rempublicam regere.
16 Boni Paſtoris officium.
17 Iuris conſultis quare permiſſum reſpōdere de iure.
18 Ambitus turpe.
19 Dictum Pitagoricum, à fabis abſtinendum.
20 Honores proprijs virtutibus acquirendi.
21 Pœna ambitus.

22 Ambitus lex non habet locum in Curia Principis.
23 Crimen Symoniæ non habet locum in Curia Romana.
24 Seruiens animo obtinendi beneficium, comittit Symoniam, & num. 25.
26 Obtinens beneficium precibus, vel muneribus, comittit Symoniam.
27 Symonia tribus modis comittitur.
28 In curia Principis quomodo regnet Ambitus, vel Symonia.
29 Solus Deus ſcrutator cordium.
30 Papa non ſubiacet legi Iuliæ de ambitu.
31 Papa concedẽs dignitates indignis peccatum committit.

*PLato, & cæteri philoſophantes qui eũdem ſunt ſecuti, inter quos præ cæteris fuit, & Ariſtoteles hac in re tenuit animam ex duabus conſtare*
1 *partibus, vna, quæ aßiduè ratione vtatur, altera autem, quæ à ratione ſit ſeiuncta, inordinata, & affectibus addicta, ſeu immerſa; ex his etiam partibus duæ, ac di-*
2 *uerſæ emanant actiones; quædam perfectè quidem, vt quæ ab illa animæ parte originem trahunt, quæ in ratione conſiſtit, vel eſt ipſamet ratio, quædam verò ſunt actiones imperfectæ & vitioſæ à ratione ſeiunctæ, & iſtæ proficiſcuntur ab illa parte affectui ſubiecta, & immerſa ſine ratione inordinata, & ſuapte natura egena, multiplicibus erroribus ſemper obnoxia. Et hinc dici ſolet Animum aliquando*

Regem,

3 *Regem, aliquando tirannum eſſe. Rex erit, ſi ratione vtatur honeſta, quod tum fit, dũ appetit, tirannus autẽ, ſi inhoneſta, turpia, fœda, obſcœna concupiſcat. Verum quia plura*
4 *ſunt negocia, quàm verba l. nam natura. ff. de præſcript. verb l. 2. C. commun. deleg. ſpecul. in proœm. verſ. ſanè factum eſt, vt dictio vna ſecundum adiunctam ſibi qualitatem ſit, & eſſe intelligatur actio proficiſcens ab ea parte animæ rationalis; aliæ ab altera irrationali; & hac de cauſa*
5 *qualitates ſunt adinuentæ, quibus eas internoſcere ualemus. Ideo dicimus cupiditatem bonam, & cupiditatem malam,*
6 *& iſta cupiditas ex ſe dicitur radix omnium malorum. c. bonorum 47. diſtinc. & in Auth. vt Iudices ſine quoque ſuffrag. Card. in clem. 1. 3. not. de regularibus, & in 4.*
7 *Tamen & in bonam partem aliquando ſumitur; unde Plaut. in Amphit. virtute ambire oportet, non fautoribus, ſat habet fautorum ſemper qui rectè facit, et Sueton. cap. 24. in vita C. Cæſar Caligulæ reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, ut quas ſæpe exoletis proſtrauerit. Ideo cupiditas aliquando bona, aliquando etiam mala, de bona cupiditate eſt tex. in l. 1. de Iuſt. & iur. ibi verum etiã præmiorum exhortatione bonos efficere cupientes, veram ni fallor Philoſophiam affectantes, & in prœm. inſtit. cupidæ legum iuuentuti. Virg. 6. Aeneid. cupiuntquè. Iterum in corpore velle reuerti, & lyricus qui cupit optatam curſu attingere metam, multa tulit, fecitquè puer: Immo honorum deſiderium virtuti innixum laudatur. D. Paulus, qui epiſcopatum deſiderat; bonum opus deſiderat, &*
8 *honor dicitur virtutis alimentum. Ariſtot. lib. 8. & hic*

*Valer.*

*Valer.lib.2.Lucas de Pēna.in l ſingulas.C.de Decurio.lib. 10.c.miramur. 61.diſtinct.c.quibuſdam. 1.q.1. c.venerabilem. de electio. in 6. & Poeta lib. 9. Aeneid. Macte noua virtute puer, ſic itur ad aſtra.*

*Quare autem dicatur Cupiditas Ambitioſa; dicimus quod ſi*
9 *cut Ambitioſus dicitur ille, qui honores cupit, atque affectat c.1.de conſuet. lib. 6. ſic ambitio affectatio illa alicuius rei, ſeu ſordida petitio Macrob.lib.1 Satur.c.7. Illud quoquè in litteris inueni, quòd cum multi occaſione ſaturnaliū per auaritiam à clientibus ambitioſè munera exigūt. Archid. in d. c. vlt. de reſcript. in 6. & dira dicitur cupido Virg.1.*
10 *Georg. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido, & ſic in malam ſumitur partem.*

11 *Hinc Ambitus eſt crimen, quo accuſatur quis, cum malis vijs honores habere perquiſierit. Card. in c. auaritiæ ext. de electio. Cornel. tacit. lib. 15. cādidatorum ambitus Iulias leges pepererunt; Et ſic nimius, quidē in appetendo dicitur Ambitioſus: Deficiens verò non ambitioſus. ita Ariſtot. 2 lib. Ethic. quamquam id quidē nō ſatis propriè, ſed id nominis in eo remaneat, qui honorē, quàm æquum eſt, curet, & di-*
12 *citur à verbo ambire quod eſt circumire, ſeu à lambendo, quod propriè canum more eſt adulari, blandiri. Nā in comitijs Romæ dabantur Magiſtratus; & tales circumibant Tribus, rogando, et muneribus corrumpendo, vt ſe Conſules, Prætores, vel quid ſimile crearent, ut elegāter enarrat Zaſ. in l.2.ff. de orig. iur. verſ. ijſdem temporibus, & tunc igitur de ambitu leges latæ, cum tributim pecuniæ diuiſorum miniſterio diſtribuerentur hoc eſt* τῶν ὄχλων ἐιμασμος. *Cal-*

*phurnius*

13 phurnius legem de ambitu tulit,& Cic.qui in orat. pro Mu
rena ſe lege à ſe lata ambitum puniſſe teſtatur.Saluſt. me-
minit quoque L. Antonium, & P. Scillam conſules deſi-
gnatos legibus ambitus interrogatos pœnas dediſſe: & ex his
14 dicere valemus duplex eſſe ambitus genus. Alterum di-
citur probatum, laudatum, vtile, conceſſum, cum boni vi-
ri ſe offerunt, perquiruntq; Rempublicam labentem,& bo-
norum regimine egentem capeſſere, vt Plat. de Repub.
Cic. in orat. contra Saluſt. Vitio vertitur Catoni Vticenſi,
qui laboranti patriæ ſui ipſius operam denegarit,in ſe ipſum
ferrum vertendo, tunc inquam temporis, cum Reſpublica
ipſo maximopere egeret. Quid indecentius, quàm aduer-
15 ſis fluctibus nauis gubernaculum deſerere? quid inconue-
nientius, quàm permittere improbos ſtatum publicũ admi-
niſtrare, vt commoditati, voluntati, iræ, odio proprio in-
ſeruias? Cic. & quidem iure optimo vituperat eos,qui pro-
priæ voluntati inſeruientes,maximè cum Reſp. eorum ope-
ra egeret, mortem ſibi intulerunt.

Quot enim in ſacris litteris legimus ſummos Pontifices, ſacer-
dotes, viros morti ſe oppoſuiſſe, ne Chriſtianæ Reipublicæ
ſtatus detrimentum pateretur aliquod, improbi hæretici eos
ab Eccleſiæ regimine deturbare tentarunt, hoc inquam bo-
ni Paſtoris munus æſtimatur, in hoc potiſſimum verſatur:
16 ò vtinam Eccleſiæ Dei adhibeantur Paſtores huiuſmodi,
qui uel ſanguini ob proprias oues minimè parcant,Bonus Pa
ſtor (inquit ipſamet veritas) animam ponit pro ouibus ſuis:
mercenarius autem (videlicet qui Eccleſijs inhiat prouen-
tuum ratione, non regiminis) videt Lupum venientem, vi

dit

*dit hæreticum, zizaniam ſerentem, improbum totum corrumpentem ouile, fugit, fruitur quidem prouentibus, ſed ſuper gregem vigilare non curat.*

17 *Hinc Iuriſconſultis noſtris fuit permiſſum de Iure reſpondere, vt de C. Scipione Naſica habemus. in l. 2. §. fuit poſt eos. ff. de orig. iur. & Auguſt. temporibus ita conſtitutum fuiſſe, & tex. in d. l. 2. & vt obiter.*

18 *Aliud genus Ambitus dicitur turpe, infame, & legum ſeueritate puniendum eſtq́; cum quis vi, vel dolo magiſtratus perquirit, & ita adnotat. Zaſ. in Catha. legum antiq. tit. lex Iulia, & aliæ leges de ambit. Vnde qui vera virtútis via ad honorem aſpirare nequit, is ambitione contendit, quæ, vt inquit Saluſt. multos falſos fieri coegit, & de huiuſmodi crimine cecinit Lucanus ille; letalis ambitus Vrbi:*

*Conſtituta igitur fuit lex apud Romanos Ambitus ab Vrbe condita. 397. ann. C. Poetilio Tribuno plebis, vt per Zaſ. d. loco. & pluries per alios, vt ſupra dictum eſt, qua honorum, & dignitatum affectatores puniebantur, & ne honores continuarentur, interdicebatur l. nemo la 2. C. de Aſſeſſor. Huiuſmodi libido tam multa mala in libera ciuitate parebat, ita quòd lege Iulia Ambitus fuerit coercenda, &*
19 *hinc emanauit illud Pitagorum Symbolum, à Fabis abſtinendum, quibus ſuffragia, vt & hodie multis in locis vſu eſt receptum, dabantur, proprijs nempe virtutibus deberent*
20 *acquiri honores, vt vult Imperator in l. contra publicam. C. de re milit. non autem inuijs vijs, illiſquè ſæpiſsimè minus honeſtis, qua tales ambientes per corruptionem Sena-*

torum

*torum dignitates, puniebantur, vt puta pœna centum au-
reorum, & infamiæ notabantur macula. d. l. pri ff. ad l. Iul.*
22 *de Ambit. Tamen lex iſta (inquiunt Doctores noſtri) nõ
habet locum in Curia Principis. l. 1. ff. ad l. Iul. Ambi. &
Fely. in c. vniſſent. extra de Accuſatio. inquit crimen*
23 *Symoniæ non habere locum in Curia Romana, & hoc taci
tè annuebat Caſſadorus deciſ. 2. de Symo. Barb. in c ex par
te nu. 12. de offi. deleg. Quod quidem in Principis perſona
veriſſimum eſt dicendum, habita tamen diſtinctione, de
qua per D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad ſepti. Nauar.
in Manual. tit. de ſeptem peccatis de Symonia reali num.
108. In alijs autem quàm verum ſit, videre neſcio, ſed be
ne quidem hoc aſſerere animabus apprime periculoſum eſſe,
quotuſquiſque ignorat in curia Romana Summo Pontifici,
Cardinalibus, Epiſcopis, & alijs Prælatis deſeruientes ani-*
24 *mo aucupandi, ſeu venandi beneficia (precibus enim pre-
cium conſtitui dicimus, Seneca carè emitur, quod precibus
venditur) Symoniam, ſeu ambitum committere? c. ſi quis
neque ſanctis. 1. q. 1. c. Latores. ead. cau. & q. & c. de or-
dinationibus, quid de muneribus dicemus primatibus fa-
ctis vt ad ſacerdotia conſequentia fauorem præſtent. de
qua re Dec. conſ. 128. viſo inſtrumento. Goff. in ſum. ver.
in munere. Hoſtien. in ſum. §. qualiter. Barb. in c. ex parte.
num. 22. de off. deleg. Non dicemus tamen Symoniam*
25 *ſemper committi, quando quis ſeruit ſpe ſecundaria obti-
nendi beneficium, c. ſi officia 59. diſtinct. & c. quod pro-
deſt. 61. diſtinct. cum gloſ. Nauar. de Vſur. in nota. 9. nu.
20. quotuſquiſque neſcit, quicunque precibus, officijs, mune-*

26 *ribus, aliíſq; minus licitis vijs, officia, beneficia eccleſiaſtica perquirit, & ſequitur in hanc incidere labem, Gigas hac de re videndus in tract. de penſio. q. 99. nu. 6. & 18. facit. c. fina. de Symo. extrauag. de Symon.*

*Quid enim præſeferunt aſſentationes aliquorum Aulicum, aſſidua illa, & affectuoſa ſeruitus, quid Aulæ frequentata limina, quid præ foribus obſeruantia, quid moroſa illa accedentium deturbatio, quid oportunè venientium Dominorum conſpectui comis, & læta oblatio, quàm ſolum ſic præſe ferre, vt Petri diteſcant bonis?*

27 *Tribus enim modis comittitur Symonia, à manu dando pecunias. c. placuit. 1. q. 1. à munere, vt puta, pro ſeruitute principali intentione inde lucrãdi beneficia. c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. hoc frequentiſſimum atteſtabatur Rebuff. in praxi. beneficio tit quot mod. benef. acquir.*

*Tertiò fauore linguæ, vt puta precibus vt indigno conferatur beneficium d. c. ſunt nonnulli.*

28 *Et in curia Principis regnat quidem crimen Ambitus, regnat Symonia, nec quicquam facit in contrarium. l. 1. ff. ad l. Iul. de amb. procedit nempe in Principe, qui non incidit in tale crimen, proceditq; in populo, qui hodie corrumpi per ſuffragia (vt antiquitus) nequit, ipſe pro meritis dat munera, & partitur honores, non autem eſt hoc dicendum reſpectu cæterorum Principibus aſtantium, ſcimus nempe plures Imperatores de Ambitu leges tuliſſe, & in diem videmus ſummum Pontificem nouas edere conſtitutiones contra huiuſmodi dignitates inuijs medijs aſſequentes, quod temporibus illis hiſtoriarum cupidis apparet Magiſteria ſacerdotij ditiſſimus*

*mus quiſque & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabat Suet. in Calig. cap. 22. quod factitatum nunquam fuiſſet, niſi notum habuiſſent & aulicos ipſos Symoniæ, & ambitus habe macula i poſſe.*

*Animo nempe ambitus, & Symonia committitur tametſi Caſſad. deciſ 2. de Symo atteſtatur tollerantiam, & ſcientiã Papæ in prohibitis à cõſtitutionibus excuſare à Symonia. Tamen hoc debet intelligi, vbi iſta contrauentio eſt expreſſa, & re ipſa apparet, ſed quæ in animo conſiſtunt Papæ, non dicun*
29 *tur nota, cum ſolus Deus ſit ſcrutator cordium. c. nouit. de Iudi. c. Deus omnipotens. 2. q. 5. & licèt ſummus Princeps*
30 *non ſubiaceat legi Iuliæ de Ambitu, (vt ibi ſcribentes volunt) tamen ſi honores, dignitates, Magiſtratus indignis con*
31 *cedant, precibus, muneribus, blanditijs, vel quauis alia de cauſa, quid eſt quòd eum peccare non dicamus? Nemo ſibi aſſumat (inquit ſacra ſcriptura) honorem, niſi qui vocatus eſt à Deo, tanquam Aaron, & Saluator noſter, qui intrat in ouile ouiũ non per oſtium, ſed aliunde ille fur eſt, & latro, vt per Nauar. præcitato loco. Tandem ſicut qui ambit: enixè quæritat, hinc factum eſt ambitioſum dici, vbi quid enixum, & affectatum, quod Græci. κατεσπουδασμένον. ideſt ingenti ſtudio factum.*

# QVI DIVINIS & Humanis.

## *SVMMARIVM.*

1 POtentia eſt principium, & materia affectionis.
2 Affectio eſt motus potentiæ.
3 Habitus eſt confirmatio potentiæ ratione carentis.
4 Animæ pars ſine ratione diuiditur in duas partes.
5 Affectiones quatuor animi peſtes.
6 Rei appellatio ãpprime lata eſt.
7 Appellatione rei veniunt diuina, & humana.
7 Res quid ſit.
9 Rerum tractatus tertia pars iuris ciuilis.
10 Rei diuiſio ſecundùm ſubſtantiam, & ſecundùm accidentia.
11 Res quædam dicuntur corporales, quædam incorporales.
12 Incorporalia à nobis diuelli non poſſunt.
13 Incorporalia ſimpliciter non vſucapiuntur.
14 Res eſſe habentes dicuntur in quaduplici differẽtia.
15 Rerum diuiſio ſecundùm accidentia.
16 Res ſoli quæ dicantur.
17 Res ſolo cohęrentes, quæ ſint.
18 Vendito fundo veniunt fructus pendentes.

19 Fructus

19 Fructus an computentur inter immobilia.
20 Legatum immobilium continet fructus pendentes mortis tempore.
21 Mortua vſufructuaria fructus à ſolo ſepatati pertinent ad ſuos hæredes.
22 Serui Ruſtici an veniant appellatione immobilium.
23 Fructus pendentes qui ſint.
24 Accurſij error.
25 Fructus pendentes, & ſtantes idem ſunt.
26 Res communes, quæ dicantur.
27 Cenſus, & penſiones inter immobilia.
28 Legatis mobilibus, & immobilibus vbique exiſtentibus non comprehenduntur iura, & actiones.
29 Nomina debitorum inter immobilia computantur.
30 Res mobiles quæ ſint, & num. 32.
31 Fructus ex re immobili eccleſiæ poſſunt annuatim alienari.
33 Bombardæ inter immobilia computantur.
34 Molendina inter immobilia.
35 Pecunia deſtinata ad prædium emendum inter immobilia, & num. 37. 39.
36 Deſtinatum pro facto habetur.
38 Cęptum opus non dicitur perfectum.
40 Potentia propinqua actui in fauorabilibus habetur pro actu.
41 Rei appellatione an comprehendantur iura.
42 Prælatus non poteſt alienare actiones competentes Eccleſiæ.

43 Acquiſita

43 Acquiſita per Prælatum ad quem ſpectent. & num. 46. 47.
44 Beneficiarius habens patrimonium, poteſt viuere de redditu beneficij.
45 Bona propria clericorum non veniunt ſub ſpolijs. & num. 50.
48 Clericus ſi legendo, & docendo acquiſierit, non dicetur eccleſiaſticum.
49 Illicitè acquiſita ad ſedem apoſtolicam ſpectant.
51 Defuncto clerico, confeſtim eccleſia ſuccedit.
52 Reſtituere teneor, quod ex re alterius ad me peruenit.
53 An fructus bonorum Eccleſiarum ſint eiuſdem conditionis, cuius bona ſtabilia.
54 Fructus alienantur ſine ſolemnitate.
55 Prohibita alienatione rerum Eccleſiæ, an veniant homines.
56 Abſurdum hominem in fructu eſſe.
57 Res quæ non eſſe, ſed intelligi dicuntur, quæ ſint.
58 Res non diuiſæ quæ dicantur.

QVI

QVI DIVINIS ET HVMANIS AFFECTATI,&c.
Operę precium eſt, vt in expoſitione horum verborum altius orationem noſtram repetamus, Diximus ſuperius circa animam ex Philoſophorum opinione tria conſiderari, videlicet Potentiam, Affectionem, & Habitum.

1 *Potentia, ſeu habilitas eſt principium, & materia affectionis, vt iraſcendi, vlciſcendi.*
2 *Affectio eſt motus ipſius potentiæ, vt ipſa vindicta.*
3 *Habitus eſt confirmatio ipſius potentiæ ratione carentis ortus à*
*conſuetudine, qui ſi ſit ratione confirmatus, ſtabilituſque,*
*enaſcitur virtus, ſi malè, oritur vitium; Nam vt etiam*
4 *ſuperius tetigimus pars animæ ſine ratione, & ſuapte natu-*
*ra inordinata in duas diuidi ſolet partes, vna pars optat*
*ſemper cum corpore eſſe, illi inſeruire, & habet quandam*
*vim appetendi, quæ dicitur appetitiua.*
*Altera, quæ modo obtemperat rationi, modo illi repugnat, &*
*& aduerſatur, & excandeſcentia appellatur, hæc pars*
*præceptis, monitis ducitur, vt prudenti obtemperet, & ra-*
*tioni ſubijciatur, niſi fuerit omnino à mala, & corrupta*
*conſuetudine deprauata, & tunc quia diuinarum, & hu-*
*manarum rerum nullum penſum ducit, ſed in omne ſcelus*
*erumpit, dicitur propriè affectata diuinis, & humanis re-*
*bus, ideſt corrupta, ſic affectati homines dicuntur, hinc*
5 *affectiones illæ quatuor animi noſtri, quæ peſtis dici ſolent,*
*de quibus Poeta lib. 6. Aeneid. Hinc metuunt, cupiuntq;,*
*dolent,*

*dolent, gaudentq́; nec auras reſpiciunt clauſæ, & tales ani-
mi morbi à græcis πάθη, ideſt paſsiones dici ſolent.*

*Et quia hic mentio habetur de rebus mobilibus, & immobili-
6 bus, & rei appellatio apprime lata eſt, vt in l. rei appella-
7 tio. ff. de verb. ſig. ita quòd humana æquè, ac diuina intelli-
gantur, hinc tit. de rer. diuiſ. in ſe profana, & diuina, ſeu
ſacra continens, & Poeta.*

*O, qui hominumq́;, Deumq́; æternis regis imperijs, & fulmi-
8 ne terres. & vt in d. l. dicebat Rebuf. res eſt quicquid ſen-
titur, intelligitur, vel latet, quæ ſi non cogitatur, non iuris
eſt. Lucas de Pen. C. ne fructus, quem libe. lib. 10. rerumq́;
9 tractatus eſt tertia Iuris ciuilis pars. §. vlt. Inſt. tit. de Iur.
nat. gen. & ciui. l. 1. ff. de ſtatu homi. Caius lib. 2. Inſt. tit.
10 de reb. corpo. & incorp. Sciendum itaq; eſt. quòd res ge-
nerali diuiſione diuiduntur ſecundùm ſubſtantiam, & ſe-
cundùm accidentia: ſecundùm ſubſtantiam talis datur di
11 uiſio rerum, quædam dicuntur corporales, quædam incor-
porales. l. pri §. quædam. ff. de rer. diuiſ. Corporales, quæ
tangi, conſpici, & corporeo ſenſui ſubiacent, incorporales
autem, quæ (vt Cic.) ſolum intelligi poſſunt, & non eſſe ha-
bent, vt ſeruitutes, nomina debitorum, actiones, obligatio-
neſq́; l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. l. 1. §.
quædam. ff. de rer. diuiſ. Incorporalia adeò nobis acquirun-
12 tur, vt nunquam diuelli à nobis poſsint. gloſ. in l. 3. ff. pro ſoc.
& incorporalia iſta nunquam ſimpliciter vſucapiuntur,
13 ſed bene cum alijs aſcribi poſſunt. l ſi aliena res bona fide. §.
hoc iure. ff. de vſucap. Corporalia tamen facilimè alienan-
tur. §. per traditionem. Inſt. de rer. diuiſ. & de per ſe per-
ſcribuntur,*

*ſcribuntur, & vendicantur l. actionum genera ff. de actio. & oblig.*

14 *Rurſus res eſſe habentes dicũtur in quadruplici differentia, Quædam ſunt ſoli, Quędã ſolo cohærentes, Quædam cõmunes, Quędã res mobiles. Non eſt intentio noſtra in præſentiarũ (cum ſit extra propoſitã materiam) tractare de diuiſione*
15 *ſecundum accidentia, vt quæ diuidantur in communes, publicas, vniuerſitatis, nullius, ſingulorum. § & quidem. §. flumina. Inſt. tit. de rer. diuiſ.*

16 *Res ſoli, ideſt immobiles, vt fundus, caſtrum, territorium, Domus, & domibus cohærentia, ſeu affixa ad perpetuam rei vtilitatem. l. Iulianus. §. fin. cum l ſeq ff. de Actio. emp. ſic etiam dolia, quæ non poßunt eximi, niſi rumpantur. d. l. fin. cum l. ſeq. Rebuff. in l mouentium. in princ ff. de verb. ſig. l. ſolum ff. de rei vend. l fin. §. fructus. ff. quæ in fraudem credit. talia prohibentur alienari, dicuntur & ſtabilia bona ad differentiam Mobilium l. quam Tuberonis. §. in peculio autem ff. de pecul. ſeu contra extrauagantem noſtram aliter diſponi.*

17 *Res ſolo cohærentes ſunt fructus pendentes, qui cenſentur pars*
18 *fundi. l. fructus. ff. de rei vendi. & venditio fundi comprehendit fructus pendentes, & affixa omnia. d. l. Iulianus. §. fin ff. de actio. emp. Bal. in l. 2. C. de verb. ſig. quam ſententiam veram eſſe fatebimur non in venditioue tantum, ſed in permutatione, in donatione rerum immobilium: Qui fructus per Prælatum alienari non poßunt, cum non dum ſit illorum dominus, vt infra dicemus.*

19 *An autem fructus computentur inter immobilia, dicimus, vbi*

*pendent immobilia bona cenſeri, tex. in l. fi. ff. de requir. reis.*
20 *Hac de cauſa in legato immobilium bonorũ, fructus mortis*
*tempore pendentes deberi; contra verò mobilibus legatis*
*nequaquã legatos, & à ſolo ſeparatos reſponderunt Duran*
*dus, & Bart. Spec. in tit. de fruct. & inter. §. 1. verſ. ſed*
*pone. Bar. in l. in lege falcidia ff. ad leg. falc. & hinc affir*
21 *mabimus etiam, ſi mulier vſufructuaria mortua ſit, & fru*
*ctus ſint à ſolo ſeparati, erunt hæredum, licèt in horreo non*
*dum fuerint reconditi. l. defuncta. ff. de vſufr. l. ſi vſufru*
*ctuarius meſſem fecit. ff. quib. mod. vſusfr. amit. ſecus ſi*
*ſint pendentes dictis iuribus not. in l. ſingulos. ff. de Annu.*
*& menſtr. legat. de hoc videndus Oldrad. conſ. 219. fa-*
*ctum tale. Lucas de Pen in l. fin. col. 1. & 2. C. de vend.*
*rer. ciuit lib. 10. Dec. conſ. 472. teſtator legauit. Bero. in*
*c. nulli. num. 3. de reb. eccle. non alien. vbi tractat etiam,*
22 *an ſerui ruſtici appellatione immobilium veniant, & nu.*
*70. & ſeq. Sed non erit extra propoſitam materiam vide-*
*re, qui ſint iſti propriè pendentes fructus.*
23 *Dicimus eos eſſe, qui iam nati ſunt, & quidem formati, ſed*
*non dum collecti, ex arbore pendent, fundoq́;, & ſolo ad-*
*huc cohærent, colligitur ex d. l. fructus pendentes.*
24 *Illud vnum omittendum non erat videlicet cauendum eſſe ab*
*Accurſio qui in l. ſi pendentes. ff. de vſufr. aſſerere non du-*
*bitauit fructus pendentes dici, qui ſuſpenſi ramis arborum*
*hærent, vt poma, alios dici ſtantes, qui recti ſunt vt ſegetes.*
25 *Tamen dicimus nos fructus ſtantes, & pendentes eoſdem eſ-*
*ſe (teſte Vulpia.) in l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. matr. &*
*Paulo in l. ſi apes. ff. de furt.*

26 Res

26 *Res communes videlicet, quæ inter immobilia computantur ſunt penſiones, cenſus. c. 1. de feud. cogn. ad fin. annui enim iſti redditus inter immobilia computantur bona tex. in §. 1. ibi, aut ciuiles annexas in Auct. de non alien. in l. iubemus. ibi Bal. not. C. de ſacroſan. eccl. Geminia. conſ. 40. num. 4. Dec. in c. præſentem. num. 74. de probatio. Tiraq. de vtroq. retract. par. 1. §. 1. gloſ. 6. num. 4. vbi præmittit de ſui natura non eſſe propriè immobiles, nec mobiles, ſed eſſe tertiam quandam ſpeciem; tamen quod inter immobilia computentur, habemus tex. in clem. exiui. §. eum, qui annui redditus. de verbo. ſign. Alex. in add. ad Bar. in l. maternum. ff. de verb. ſign.*

28 *Ideo ſi quis lego omnia bona mobilia, & immobilia vbique exiſtentia, non comprahendi iura, & actiones, ac nomina debitorum, quia iura, & actiones, ac nomina debitorum ſunt tertia ſpecies, neque circumſcribuntur certo loco l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. l. vxorem. §. legauerat. l. quæſitum. §. 1. ff. de leg. 3.*

29 *Sic etiam nomina computantur inter immobilia, ideo donans omnia bona immobilia, & nomina donare videtur. Bar. in l. ad eum num. 4. ff. de donatio.*

30 *Res verò mobiles ſunt fructus non pendentes, qui aliàs percepti appellantur pecuniæ, prouentus non cohærentes certo corpori, vt cenſus, de quibus modo dicimus, ſed fructus na-*
31 *ſcentes à re immobili Eccleſiæ, & iſti annuatim alienari poſſunt per prælatum. Iacob. de Are. quem refert Cyn. in l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxoriæ actio. not. in l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. §. ſacræ. Inſt. tit. de*

32 *rer. diuiſi. Et res dicitur mobilis, quæ facilè moueri poteſt*
*ſine læſione rei, alias inter immobilia (vt iam dictum eſt)*
*computantur. l. Iulianus. §. ſi ff. de actio. empt. l. 1. § ſi iuſſe-*
33 *rim ff. de acquir. poſſ. ideo Bombardæ computantur inter*
34 *immobilia, & Molendina nauibus compoſita, & vento*
*agitari ſolita. Tiraq. in tract. de vtroq. retra. §. 1. gloſ. 7.*
*num. 89. in 1. par. Rebuff. in l. mouentium. ff. de verb.*
*ſig. pecunia tamen inter immobilia computatur. quando eſt*
35 *deſtinata ad certum prædium emendum. l. quid ergo. §. quid*
*ergo. ff. de contra. & vtili actio.. ibi conſtitutum eſt pecuniã*
*ad emptionem prædiorum paratam, ac depoſitam poſſe de*
*Iudicis aſſenſu in aliam conuerti cauſam, ſcilicet in ſolutio-*
*nem debiti ipſi tutori faciendam, & ita tenuit Rebuff. in d.*
*l. mouentium. Roma. ſing. 104. Cremon. ſing. 59. Alex.*
36 *in l. 1. §. quæſitum ff. ad Trebell. deſtinatum enim pro fa-*
*cto habetur. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus ff. de aur. &*
*arg. leg. l. 4. ff. de fund. dot. l. qui in vtero. ff. de ſtat. homi. l.*
*ex eo. ff. de mili. teſt. ad hancq; rem aſſerebat Iaſ. in l. quo*
*minus. col. 24. ff. de flumi. in generali conceſſione facta de*
*omnibus Molendinis, & illa cenſeri conceſſa, quibus molæ*
*non dum aptatæ fuerunt.*

*Tamen contraria opinio frequentiori calculo recepta eſt à Doctoribus; vt per Iaſ. in l. cætera. §. ſi parauerit ſub num. 18. ff. de leg. 1. idem in l. 1. §. quæſitum. nu. 26. Pariſ. conſ. 79. num. 45. conſ. 25. num. 27. & nu. 74. vol. 2. Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 7. num. 23. vide addi. ad Alex. ſing. 104. & hanc magis communem eſſe atteſtatur Bouer. latiſſimè deciſ. 209. hac igitur de cauſa optimè Bar. loquutum fatebimur.*

*bimur. in l. cum tabernam. §. fin. ff. de pigno. ſicq́; Alex. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. in 3. q. 3. par. princ. in obligatio-*
37 *ne bonorum mobilim etiam tales comprahendi pecunias, ita reſpondit etiam Pariſ. conſ. 50. num. 24. vol. 1. Quis enim*
38 *ignorat cæptum opus, & non perfectum opus dici non poſſe? l. rei appellatione. §. fin. ff. de verb. ſig. ſed tamen ad propo-*
39 *ſitum noſtrum dicerem inter immobilia computari, vt puta alienari non poſſe, quoniam vbi fauorabilia præ manibus habemus, potentia propinqua actui pro actu habetur vulga-*
40 *ta. l. pen. ff. de milit. teſta. l. abeſſe. l. qui nituntur. ff. ex quib. cauſ. maior. contraria procedant, vbi fauor non dominatur in diſpoſitione, & vbi exigitur eſſentia facti. l. cum tantum. §. fina. cum l. ſeq. ibi Bal. ff. de rer. diuiſio. l. fundi. §. item quod ff. de actio. empt.*

41 *Sed hic naſcitur dubitatio, an rei appellatione comprahendantur iura, & actiones, nam ſi non comprahendantur, poterunt quidem alienari per Prælatum, dicimus & actiones, & obligationes comprahendi. l. nominis, & rei ff. de verb. ſig. l. rei appellatio. d. tit. nam etiam ipſæ appellatione bonorum continentur. l. bonorum ff. eod. tit. & ibi vide Alcia. ſic appellatione bonorum ſimpliciter facta, & iura, & actiones comprahendi voluere ſcribentes noſtri. Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. in venditione in 4. not. ff. de re iudi. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. fi. ff. de verb. obli. in conſ. 442. in cauſa. l. nomen ibi Doct. C. quæ res pign. oblig. poſſ. poſt Anch. conſ. 101. nu. 6. Aym. conſ. 213. Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. bona mobilia. C. de reuocan. dona.*

42 *Quid ſi actiones haberet Eccleſia contra aliquem? Dicimus*

Præla-

*Prælatum non poſſe illas alienare.*

*Sed quid ſi Prælatus acquiſierit, ad quem ſpectant acquiſita?*

43 *Diſtinctè procedendo dicemus, aut acquiſiuit ex redditibus Eccleſiæ, tunc aut habet patrimonium, aut non; ſi habet patrimonium dicimus in dubio bona præſumi acquiſita ex patrimonio, ita Bero. conſ. num. 2. 3. vol. 2. Rodoan. de reb. eccl. non alie. car. 332. num. 7. & ſeq. Beneficiarius*

44 *nempe patrimonium habens viuere poteſt de beneficij redditu, ſeruato cui volet patrimonio. Inno. in c. Epiſcopus. de præben. Nauar. de reddi. beneficio. in Epiſt. ad Achil.*

45 *ſtat. num. 20. & talia bona cum ſint propria, non veniunt ſub ſpolijs clericorum. Nauar. de ſpol. in princ. num. 2.*

46 *& 3. Aut patrimonio caret, tunc dicamus, aut acquiſiuit ex ijs, quæ in ſuos vſus decentes conſumere poterat, vt quia parcè viuendo aliqua comparauit bona, tunc iſta non acquiruntur Eccleſiæ, ſed ſua ſunt, & ad libitum diſponere poteſt, vt de verè patrimonialibus bonis, & iſta quaſi patrimonialia dicuntur bona. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. Sot. lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur. & de iſtis diſponere poſſe fructibus ad victum deputatis ſenſit D. Thom. 2. 2. q. 155. art. 7. & quolib. 6. art. 12.*

*Aut acquiſiuit nomine ordinis, vt per celebrationem Miſſarũ ſeruitium præſtando, vti Cappellanus prædicando, Vicaria*

47 *tus partes agendo, vel ſibi donatum, relictum legatum, quia clericus extat, tunc ſua ſunt, & ad libitum diſponere poteſt, ſortiunt nempe iſta nomen vti patrimonialia: Inno in c. quoniam. Ne præla. vic. ſuas. Cyn. in Auct. licentiam. C. de Epiſc. & cler. Abb. in c. cum eſſes. num 26.*

*in c.*

*in c. cum in officijs. de teſt. Nauar. latè de reddi. eccl. 1. q. monit. 19 num. 2. & idem Nauar. de ſpol. in princ.*

48 *Quid nempe ſi legendo, docendo profitendo liberales artes quicquam acquiſiuit, num eccleſiaſtica dicemus?*

*Certè quidem non, vt ſcrib. in dd. locis c. relatum el 2. de teſta. Hugo de offi. quot. prælat. & ſic prædicta vera, vbi licitè facta eſt negociatio.*

*Sed quid ſi illicitè negociando quid acquiſiuit, nunquid ex patrimonio dicetur acquiſitio iſta?*

*Nequaquam ſed ad eccleſiam ſpectent, ſeu vt hodie ad*
49 *Apoſtolicam ſedem inter ſpolia numerantur, de qua re habemus Bullam Pij Quarti emanatam Anno 1560. 7. Decem. Pont. Anno primo.*

*Aut bona ſunt comparata ex redditibus eccleſiaſticis, tunc ſi*
50 *quæramus, an indiſtinctè ſint acquiſita Eccleſiæ, ſic dicere valemus. Aut Beneficiarius emit Eccleſiæ ſuæ, ita, quòd immediatè ſit acquiſitum Eccleſiæ, tunc Eccleſiaſtica ſunt bona, & irreuocabiliter quidem per l. fin. C. de ſacroſan. Eccl. & iſta ſpoliorum appellatione non continentur, quia*
51 *ſtatim defuncto clerico ſuccedit Eccleſia, quæ tempore Mortis eſt domina. d. l. fin. l. traditionibus. C. de pact. Nauar de ſpol. in princ. ver. 2. ſecundo nota. Idem de reddi. benefi. q. 1. monit. 47. Aut emit ad proprium vſum, vel aliud opus pium, vel acquiſita donauit benemerenti, elargitus eſt inopi, tunc Eccleſiaſtica non dicuntur, etiam Nauar. d. Monit. & ſic dicendum, vbi haberet patrimoniũ, ſed longe Eccleſiæ fructus ſuperarent: Aut facta eſt emptio de redditibus Eccleſiæ, quæ extãt tempore mortis, tũc*

ad

*ad Eccleſiam ſpectant de iure.c.vnuſquiſque. de pecul. clerico..c. quia nos. de teſta. quod de re tua ad me peruenit, tibi reſtituere teneor. c. ad noſtram. de iure iurand.*

52

*Sin autem acquiſiuit ex redditibus eccleſiaſticis nomine proprio ſiue mobilia, ſiue immobilia ſint, dicuntur eccleſiaſtica, & hodie ſpolia dicuntur, ita Nauar. de ſpol.in princ.verſ.tertio, quod bona empta. Idem de reddi. beneſ.q. 1.monit. 47. num. 2:*

53 *Sed dubitatur an fructus bonorum Eccleſiarum ſint eiuſdem conditionis, cuius ſunt bona ſtabilia?*

*Nauar.in tract. de reddi. Eccle. Monit. 16.q. 1. ſentit quod*
54 *non, nam inquit ipſe fructus alienantur paßim ſine ſolemnitate, quæ apponi debet in alienatione immobilium. c. veſtra. de locat. c. querelam. ne præla. vic. ſuas, vt ibi per eum: tamen nos dicimus, quod poſſunt dici fructus eſſe eiuſdem qualitatis, quouſque non fuerint alienati, & ſic quouſque permanent penes Eccleſiam, ſed ſegregati, & dati in alimoniam per c. cum ſecundum. de præben. non dicuntur eiuſdem qualitatis; & ſic per prius ſunt eiuſdem conditionis, non per poſterius, vbi conceduntur presbitero pro ſeruitute Eccleſiæ, vt dicebamus.*

55 *Sed dubitari poſſet nunquid appellatione rerum prohibitarum alienari, & homines veniãt; eſſe enim poteſt, quod Eccleſia habeat Vaſallos, & alios ſubditos, quid? quod & habeat ſeruos ex.§.fin. Inſt.tit. de iur. na. gent. & ciuil.*

*Videtur quod non, ponitur nempe ibi Ius ciuile verſari circa perſonas, circa res, & circa actiones, ſi dicamus & de perſonis prædicari, & homines in fructu eſſe dicemus, quod an*

*verum*

*verum ſit, diu inter veteres Iuriſconſultos altercatum non ignoramus. Cic. lib. 1. de finib. bon. & mal. Quod in fructu dicatur homo. tex. in l. Paulus. ff. de vſur. l. Paulus ff. ad l. falci.*

*Papinianus verò in aliam iuit ſententiam in l. deductam. §. ac hæreditatem. ff. ad Trebel. Vulp. in l. mulier. § ſed enim*
56 *ff. ad Trebel. Abſurdum enim videtur hominem in fructu eſſe. d. §. in pecudum. Inſt. tit. de rer. diuiſ. Tamen dicendum eſt, & tales ſubditos, Vaſallos, ſeruos Eccleſiæ alienari non poſſe. c. poſſeſſiones. c. Epiſcopi. ibi Barba de reb. eccl. non alien. Rei appellatione, & homines continentur, Res enim eſt quicquid ſentitur, intelligitur, vel latet. Lucas de Pen. in rubr. C. ne fiſc. rem. lib. 10. & licet in fructu non ſit tamen eſt ad vtilitatem, & diuiſio, quæ fit inter perſonas, & res eſt ratione iuris, quia diuerſum eſt ius in perſonis ab eo, quod eſt in rebus, ſic in actionibus, & tamen appellatione rerum veniunt Actiones, vt infra dicemus. §. 1. Inſt. tit. de reb. corp. & incorpo.*

*Vltimò (vt de vtraque rerum qualitate verba habeamus)*
57 *Res, quas non eſſe, ſed ſolum intelligi Cic. dixit (nos incorporales appellamus) ſunt per ſe indiuiſæ, vt ſeruitutes, pacta nuda. §. 1. Inſt. tit. de reb. corp. & incorp. ſcrib. in §. Cato l. 4 ff. de verb. oblig. & non omnes indiuiſæ dicun-*
58 *tur, ſed partim, partim autem diuiſæ ſunt, vt facta illa, quæ non nuda ſunt, vt ire, agere, foueam fodere, ſcrobem conſtituere, & ſi quæ alia huiuſmodi ſunt, ſed facta illa, quæ ius in ſe continent, & nomina, vt actiones, obligationes, quæ in commercium venire poſſunt, l. ſi cum emptore.*

*ff. de pact. l. ſi nomen. ff. de hæred. vend. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig per partem expediri nequeunt. l. viæ. ff. de ſeruit. & talia incooporalia hæredibus acquiruntur, & in iudicium, ſeu actionem communi diuidundo familiæ erciſcundæ veniunt l. ea quæ. C. famil. erciſ. & familiæ erciſcundæ veniunt impropriè loquendo. l. 2. & 3. ff. ſamil. erciſ. ſeruitutes autem per certas partes in illa iudicia non cadunt, licèt tamen earum vſus temporibus, & menſuris ſecerni, et diuidi poſſit. l. arbor. §. iudex. ff. commu. diuid. ita dicebat Bart. de diuid. & indiuid. ſtipul. in prin. & iſta pari ratione incorporalia iura alienari nullatenus poſſunt per legem noſtram:*

# ILLORVM PRÆCIPVÆ, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 ERror Merzarij.
2 Dictio, Precipuè, maiora includit.
3 Dictio Maximè exprimit caſum minus dubium, & includit magis dubium.
4 Eccleſia multa ſignificat.
5 Eccleſia vnde dicatur.
6 Eccleſia deſtructa, Canonici amittunt nomen, & præbendam.
7 Eccleſiæ appellatione in dubio intelligitur de Cathedrali.

8 Honores

8 Honores conſeruantur diuitijs.
9 Diuitijs diminutis diminuuntur honores.
10 Diuitię conſeruant decus familiarum.
11 Diuitię conſeruant nobilitetem.
12 Paupertate ſordeſcunt dignitates.
13 Pauperibus nulla datur fides.
14 Mendicum eſſe ſumma miſeria eſt.
15 Diuitię maiores arguunt maiores honores.
16 Reipublicæ intereſt per ditiores regi.
17 Prælatus vilibus non debet indui veſtibus.
18 Diuitiæ eccleſiarum ratione cuius conſeruentur.
19 Boui trituranti os non eſt claudendum.
20 Decimæ debentur Eccleſiaſticis perſonis ex qua cauſa.
21 Eccleſia indiget viris litteratis.
22 Litterati lucernæ poſitę ſuper candelabra.
23 Ignorantes litteras, quo nomine appellentur.
24 Ignorantes litteras arcentur ab ordinibus ſacris, & à prima tonſura.
25 Illiterati Aſino comparantur.
26 Pontifex an poſsit diſpēſare cum penitus illiterato.
27 Epiſcopus non creatur, niſi Theologus, vel Doctor.
28 Vſurpantes indebitum honorem, vt ſacrilegi puniuntur.
39 Aſſerens ſe eſſe doctorem, cum non ſit, pœna falſi poteſt puniri.
30 Doctores ſine litteris ſunt fontes ſine aqua.
31 Inſignia virtutum qui debeant habere.

32 Collatores mortaliter peccant conferentes beneficia indignis.
33 Leges ſimiles telis Aranearum.
34 Saluberrima lex Aegyptiorum.
35 Stipendia verè militantibus ſunt danda.
36 Labore duplicato, duplicatum debetur ſalarium.
37 Clericus habens duplicem curam, & duplicem debet habere præbendam.
38 Sacra dicuntur quadruplicia.

ILlorum Pręcipuè, &c. *Iſta couſtitutio emanauit contra fraudatores, ideo videtur (vt ſuperius dicebamus) non habere locum vbi fraus non interuenit à contrario arguendo, tamen indiſtinctè ita eſt tenendum, quod eſt contra Marzar. conſ. 15. pag. 152. & Alex. de Neuo. conſ. 30. nam ſummus Pontifex inquit.*

1

2 PRAECIPVE, *cuius dictionis vis eſt maiora includere facit l. 1 ff. de teſti & idē importat, quod maximè. Rebuff. in l. quibus præcipuè. in princ. ff. de verb. ſig. ſicut dicimus de*
5 *dictione, Maximè, quæ exprimit caſum minus dubium, et alium magis dubium includit. Fulgoſ. Alex. Iaſ. Dec. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. Riminal. in prin. de donat. num. 157. ſat igitur eſt hic qđ ennarrata fuerint per contrahētes executioni demandata, & non attenditur an doloſè, & fraudolenter, lex enim vetat, & vbi publicata eſt, non admittitur, excuſatis. ſcrib. in c. 1. de Conſtit. in 6.*

EX QVIBVS ECCLESIAE, MONASTERIA, ET PIA LOCA REGVNTVR ILLVSTRANTVRQVE. hac dictione Eccleſia
4 multa ſignificari poſſunt, &

5 *PRimò dicamus, quòd Eccleſia eſt dictio græca, quæ deducitur à verbo græco Εκκλήσια, quod denotat cœtum, concilium, concionem, vel à verbo καλίω, quod eſt conſiſto in congregatione, ſeu facio cõgregationẽ, vel Κλήτω ἤσω appello, nomino, voco, hinc etiam Εκκλησιάσω, quod eſt concionor; ſed ad rem redeamus; Ab initio Chriſtiani inuicem conueniebant ad Deo gratias reddendas Plinius ad Traianum, et iſta congregatio dicitur Eccleſia, vnde & illud odiui Eccleſiam malignantium, & ad tale propoſitum eſt tex. in c. Eccleſia. de conſecr. diſtinct. 1.*

*Secundò Eccleſia capitur pro loco, ideſt pro Eccleſia, quæ eſt domus regia Alciat. in rubr. de ſacroſan. eccleſ.*

*Tertiò pro collegio certo, & determinato fidelium d. c. Eccleſia. de conſecr. diſt. 1. vt Eccleſia Sutrina. c. cum Eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & propr. c. cum eccleſia Vulterana. de elect.*

*Quartò eccleſia dicitur Corpus Chriſti. c. in eccleſiam. 1. q 1. c. ſed illud. 26. q. 2.*

6 *Quintò pro cathedrali, ſeu collegiata Eccleſia, vnde dicimus deſtructa Eccleſia Canonici amittunt nomen, & præbendam. Abb. in c. ex iniuncto. de noui oper. nunc. Bello. cõſ. 1. num. 7. ibi de ciuitate, & de caſtro, & in dubio appel-*
7 *latione Eccleſiæ intelligitur de Cathedrali. arg. §. Ius autem gentium. Inſt. tit. de iure nat. gen. & ciuili.*

*Vltimo*

*Vltimò pro obuentionibus, quæ proueniunt ratione Eccleſiæ c. fin. ne præl. vic. ſuas. c. 2. de conceſſ. præb. gloſ. in c. cum clerici. de verb. ſign. c. Eccleſia. de pœnit. diſtin. 1. hic autem proprijs ipſis locis, ideſt pro Ecclesijs, in quibus peraguntur ſacra, ſicut ſæpiſſimè accipitur, vt etiam in c. de ſabrica. de conſecr. diſtin. 1.*

8 *Diuitijs ſicut in temporalibus honores conſeruantur in familijs, auct. de teſti. §. ſancimus l. 1 ff. de cuſtod. reor. l. 1. §. publicè ff. de vent. inſpic & hoc Diuus Auguſt. referebat. Barba. in rubr. de ſucceſſio. ab inteſt. & diminutis facultatibus*
9 *diminuuntur, & honores, & honeſtas, & familiæ ſordeſcunt. l. 1. ff. de cuſto. reor. not. in §. hoc quoque. Inſt. tit. per quas perſo. nob. acqui. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. l. 1. C. de dignit. lib. 12. & ibi Bar. & diuus Auguſt. de ciuita.*
10 *Dei. lib. 3. Familiarum decus per diuitias conſeruatur. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 31. num. 349. inde Iuuenal. Satira quinta. Qui nummos habent præſtant honore, & Hora. lib. 2. Satira quinta. Et genus, & virtus niſi cum re vilior alga es, licet re vera contrarium eſſet dicendum, nam diuitiæ non afferunt nobilitatem, licet illam aſſeruent,*
11 *vnde Hora. Epodon in Menam, licet ſuperbus ambules, fortuna non mutat genus.*

12 *Et quod ſuperueniente paupertate ſordeſcant dignitates. eſt tex in l quis. C. ad l. Iul. maieſt. quid enim grauius homini contingere poteſt, quàm vt fide priuetur? parua quidem, ſeu*
13 *nulla pauperi datur fides. l. 3. ff. de teſta. §. ſancimus. in Auct. illo tit probatur in l. Spadonum. §. fin ff. de excuſatato. hinc, & Poeta ille, Quantum quiſque ſua nummorũ*

*ſeruat*

ſeruat in arce, tantum habet fidei; ad propoſitum Curt. Sen. conſ. 34. num. 15. conſ. 51. num. 7. & Iuuenal. alibi Satira tertia. Nihil habet infælix paupertas durius in ſe, quàm quod ridiculos homines facit, ad remq́; noſtram facit illud eiuſdem Iuuenalis, haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res Anguſta domi. Soci. conſ. 26. col. fin. vol. 4. Bal. in l. ſi poſt. C. qui bon. cede. poſſ. egenum eſſe ſumma inquit miſeria eſt. Tiraq. late in l. ſi vnquam. in verbo bona. C. de reuoc. donat. & teneri etiam ſolet, quod maiores
15 diuitiæ arguut maiores honores, nobilitatem, potentiam, exiſtimationem, timoremq́; inferiorum, not. in c. ſuper il 2. vbi ſcrib. de teſti. immo Reipublicæ intereſt per ditiores,
16 & digniores regi. l. honores ff. de decurio. l. aſcribenda. C illo tit. lib. 12. ſic ergo etiam pia loca illuſtrantur, reguntur, illius ἀξιώματα, vt Græci dicunt, conſeruantur diuitijs; hac de cauſa ſummus Pontifex Leo in c. ea enim. 10. q. 2. aſſerebat, quæ ad Eccleſias pertinent tanquam ipſam ſacroſanctam, & religioſam Eccleſiam, intacta conuenit venerabiliter obſeruari, & etiam quia diuitiæ ceduntur Eccleſiæ propter pauperum ſubſtentationem. Card. Alexan. in c. Epiſcopus. 41. diſtinct. facit c. 1. d. diſtinct.

17 Et hinc eſt, quod Prælatus non debet nimis vilibus veſtibus incedere, ne vileſcat eccleſiaſtica dignitas. c. clerici. vbi Abb. de vita, & honeſt. clerico:

REGVNTVR Eccleſiæ facultatibus ſuis, Reguntur,
18 ideſt conſeruantur ratione ſui, vt in conſeruandis fabricis, ſacris paramentis, in paſcendo egentes iuxta tex. in c. aurum habet Eccleſia. 12. q. 2. c. decimæ 16. q. 1. D. Thom.

2. 2. q.

*2. 2. q. 85. art. 1. & 3. ad primum. c. Apoſtolica. 12. q. 2. & hac de cauſa Symachus Papa anathemate ferit eos, qui bona Eccleſiarum malè impendunt. c. indignè. 12 q. 2. Conc. Trident. ſeſſio. 25. c. 1 & etiam pro alendis Miniſtris Eccleſiæ deſeruientibus. c. cum ſecundum. de Conceſſ.*
19 *præben, & in ſacro veteri teſtamento, Boui trituranti os non alligabis, quis enim (vt D. Pauli verbis vtamur Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 9.) militat ſuis ſtipendijs vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit Gregem, & de lacte Gregis non manducat? nunquid ſecundùm hominem hæc dico, & paulo poſt ſi nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus, dicamus igitur hac de cauſa & decimæ, quæ*
20 *ſunt πασητίων. fructus earum rectoribus deberi. c. cum contingat. & c. cum in tua. de deci. Ratione igitur ſui ipſius, ratione Miniſtrorum, diuitijs conſeruatur Eccleſia, hæc enim bona non ſunt data, vt Prælatorum diteſcant Nepotes, non vt alta erigantur palatia, talia nempe in domibus Regum ſunt ad hoſce vſus. Trident. Concil. ſeſſ. 25. cap. 1. c. in ſacris. 16. q. 1.*

*Addamus & illud, Eccleſiæ Dei bona conſeruari debent, vt ipſi Miniſtri doctrina, & bonitate præcellentes ſuſtineantur, ipſa enim indiget literatis viris, doctis, prudentibus,*
21 *quibus regitur, & ſuſtinetur. c. ſuper ſpecula. de præben.*
22 *ſunt enim Lucernæ ſuper candelabra poſita, vt Chriſtia-*
23 *no luceant Gregi. Non literas ignorantibus, qui & porci, & aſini nuncupari ſolent, vt per Ioan. Monac. in c ex eo. de electio. in 6. & in c. ſicut. de verb. ſig. num. 10. illo*

tit.

*tit. tales quo nam pacto paſcere valebunt gregem Domini? vnde exclamat Dominus per Ezechielem cap. 34. ve paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos, gregem autem meum non paſcebant. Sanctiſsimè ne prudentiſsimè tantum dicam ſtatuere ſancti Pontifices literas ignorantes ab ordini-*
24 *bus arceri ſacris. c. illiteratos. 36. diſtinct. immo prima tonſura etiam ordinari nequeunt. c. fin. de tempo. ordi. in 6. Bernard. Diaz. in tract. crimin. in verb. Illiterati, ibiq; recenſet beneficio priuandum fore. & Fely in c. ſiquando. col.*
25 *6. Epiſcopum illiteratum aſino comparandum affirmat, & tex. in c. fin. de ætat. & qual. recenſet Epiſcopum ea ratione fuiſſe priuatum, quia Donatum ignorabat, tanti ponderis eſt in præsbiteris literatura, vt putarit Fely. licèt*
26 *dubitatiuè poſuerit, ſi ſummus Pontifex diſpenſaret cum penitus illiterato, eſſet diſpenſare contra Ius diuinum; tamē vbi charitas in diſpenſato vigeret, diſpenſari poſſe nullus dubitabit c. niſi cum prìdem. in ver. pro defectu. de renunc. Sancti Patres in œcumenico Trident. Concil. ſtatuere ad ſacram Epiſcopalem Dignitatem non fore promouendos,*
27 *niſi vel ſacræ Theologiæ, vel ſacrorum Canonum Doctorali Laurea boneſtati eſſent, tamē eò deuenit, eò creuit ambitio, eò animarum exigua cura, vt meritò cum Poeta dicere valeamus, fit via vi, rumpunt aditus, dignosq; repellunt, ſe Iuriſperitos profitentur, ſe Theologos vocitant, dilatant fimbrias, & Phylateria quoque, enituntur proferre ampulas, & ſexquipedalia verba, vt dixit Lyricus, ita quod ſepiſsimè doctiſsimi, & probatiſsimi viri ſummo cordis dolore, animi angore eos vti ſolos ſapientes audire co-*

*gantur, ab oreq́; ipſorum pendere, ſic valet vſus, penes quem vis eſt, & norma viuendi; non animaduertunt ſe vt tales admittendos non fore, niſi ſe tales iuſtè probauerint l.non ignorat.C.qui accuſ. non poſ. vbi priuilegium ratione actus conceditur, probari debet legitimè actum fuiſſe perfectum. l. diuus.ff.de teſt milit. Vſurpantes ſibi inde-*
28 *bitum honorem, & dignitatem ſacrilegij pœnam incurrunt. Bar. in l. 1.C.vt dignit.ord. ſeruet. lib. 12.qui ſe doctorem*
29 *eſſe aſſerit, cum nequaquam ſit. pœna falſi coerceri ſcimus. Bar. in l. eos.§ fin.ff.ad l.Corn. de falſ. Anchar. in c. cum apoſtolice. de priuil.in 6. & ſunt infames. Rebuff.in l.vna. col. 1.C.de profeſ. qui in vrb. conſt. lib. 12. Sed inuijs medijs, quod quis doctoratum ſit aſſecutus, & quod non ſit Doctor (ignorantia ſcilicet dominante) idem non eſſe negabimus? quis pari ratione ignorat indoctum Doctorem doctoratus priuilegijs minimè frui? hoc ſcriptũ reliquit Abb.*
30 *in c. clerici. de Iudi. tales appellantur fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus agitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur 2. Petri.cap. 2.cur igitur hoſce prærogatiua illa à ſacris Canonibus inducta in præmium Virtutis frui dicemus? talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus deberet, vt ſcripſit orator, tamen, vt dicebamus, multi inſignia virtu-*
31 *tis ſine virtute aſſecuti ſunt.*

32 *Addamus & illud beneficiorum collatores peccant conferentes indignis beneficia. c.licet.8.q.1.§. nunc autem 25. diſt. c.graue. de præben.tenenturq́; reſtituere illis, qui digni ſunt, vel illis, qui reprobati fuere, licet immerito. Caiet. 22. q. 62. art.2. & Eccleſiæ dicamus, cui nocuit, vt per Na-*

*uar.*

*uar. de reddi. eccl. q. 2. 24. Monit. non licet ſummere panem à filijs hominum, & dare canibus inquiebat Saluator noſter: O utinam nunquam verè dici potuerit, vel dici poßit, quod Anacharſis philoſophus aſſerere ſolitus erat,*
33 *videlicet leges mortales aranearum telis ſimiles eſſe, quæ exigua detinent animalia, magna autem emittunt: O utinam Amaſir Egyptiorum Regis ſaluberrima ſeruaretur*
34 *lex, ut quiſque quotannis rationem apud Præſidem & vitæ, & ſcientiæ redderet, demonſtraretq́;, quo pacto ſuo fungeretur munere, fieret ſæpe, ut ſemel approbati ſæpiſsimè non idonei reperti reprobarentur. l. ut gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & hono. Alber. in c. 1. de Matr. error non eſſet aſſerere tales indignè percipientes eccleſiaſticos red-*
35 *ditus reſtitutioni obnoxios eſſe, ſtipendia verè militantibus danda ſunt, operarij mercede ſua, (dicebat lux Mundi)*
36 *digni ſunt, hinc duplicato labore & ſalarium duplicatum ſcimus. §. illud, in Auct. ut Iudi ſine quoq; ſuffrag. l. binas. C. de aduoca. diuerſ. iudi. Bal. in l. ſi adſcribatura. C. de appell. Andr. in c. cum olim. de re iudi. ſi presbyter duplici*
37 *prematur cura, & duplici frui debet præbenda, ſic minuto labore, & diminuitur ſtipendium. l. Seio amico. ff. de annu. leg. Rim. conſ. 25. per tot. ſed cum tales non duplicatum non ſimplicem patiantur laborem, qua mercede dignos dicemus? ſed quod inſtat, agamus.*

38 *Et cum in textu dicatur, quod pia loca reguntur, ſciendum eſt, quod ſacra dicuntur quadruplicia, ut ſuperius tetigimus videlicet, ſacramenta, vaſa ſacra, Ornamenta ſacra, & Bona ad prædicta ſuſtendanda deputata, & de*

*huiuſmodi loquitur extrauagans noſtra, & iſta ſunt duplicis generis.*

*Quædam principaliter ſunt applicata Miniſtris Eccleſiæ, & minus principaliter, vt puta pauperibus, operibuſq; pijs; ſecundario miniſtris, vt bona hoſpitalium, fabricarum, Eccleſiæ, de quibus clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. domi. Concil. Trident. ſeſſ. 7. c. 19. & ſeſſio. 25. c. 8. faciunt dicta D. Thom. in quolibeto art. 12. & ſecunda ſecundæ q. 175. art. 4.*

# ET EORVM MINISTRI.

## *SVMMARIVM.*

1 Clericus poteſt de fructibus Eccleſiæ dotare ſororem.
2 Alimentorum appellatione quæ veniãt.
3 Alimentorum cauſa eſt pia.
4 Muto debetur victus ex feudo.
5 Relicta in teſtamento formaliter debent obſeruari.
6 Alimenta ex quibus non præſtantur.
7 Seruus fauore alimentorũ legitimè agit in iudicio.
8 Iudex in cauſa alimentorum ſupplet nemine petẽte.
9 Pium eſt egenum paſcere.
10 Denegatio victus venit appellatione tormentorum.
11 Medicinæ an veniant appellatione alimentorum.

12 Gra-

12 Grauatus an teneatur liberare, qui comiſit delictū ſoluendo ſtatutam pœnam.
13 Principalis intentio in omni diſpoſitione eſt attendenda.
14 Alimenta denegantur filio ingrato.
15 Conſuetudò inſpicitur in alimentis dandis.
16 Alimenta an ſint magna, vel parua, attenditur quali tas perſonæ.
17 Alimentis debitis an veniant expenſæ ſtudiorum.
18 Alimentorum legatum eſt æſtimandum ſalua rerum ſubſtantia.
19 Nutrices dicuntur alimenta infantibus præſtare.
20 Alimenta ſunt danda in domo hęredum.
21 Bona Eccleſiarum conuertens ad proprium vſum, furtum comittit.
22 Beneficiarius abutendo fructibus Eccleſiæ, peccat.
23 Prælatus debet viuere, & non luxuriari ex bonis Eccleſiæ.
24 Laudes Cardinalium, Borromei, & Syrleti.
25 Beneficiarius ſi eget, præfertur fabricæ.

ET EORVM

ET EORVM MINISTRI SIBI ALIMONIAM. & diſpenſatores Miſteriorum Dei, & ſic arcanorum ſunt animarum curam habentes, qui & paſtores appellantur ideſt rectores, ſacris enim in literis paſcere eſt regere. & paſtores reges appellantur: Ezechiel. 34. Iſa. 44. & 56. Hiere. 2. & 22. Pſal. 22. vnde Dominus Petro paſce oues meas. Ioan. cap. 21. Hi nempe hiſce fructibus ſuſtineri debent, & ſi quid relictum fuerit adminiſtratori templi, ipſi templo relictum videbitur, ita nos docuit Sceuola in l. annua. ff. de ann. leg. c. requiſiſti § illud de teſta. Baldusq; aſſerebat, ſi quid fuerit relictum Guardiano Eccleſiæ fratrum Minorum, relictum cenſeri Monaſterio in l. 3. C. de compen.

Fructus igitur beneficiorum, vt dicebamus pertinent ad beneficiarios, atque adeo, quòd de illis diſponere licitè tamen ad libitum poſsint, vt c. peruenit, & ibi Sicul. in 6. notab. de
1 arbitr. atteſtatur clericum poſſe de fructibus dotare ſororē per tex. in c. 1 de cohabit. cleric. & mulie. & c. omnino ibi gloſ. 31. diſtinct.

Prohibet Papa, ne applicentur profanis vſibus, quando enim religioſi ex illis alimentari debent.

Sed extra propoſitam materiam non erit inutile videre, quid appellatione alimentorum contineatur.

2 Dicimus in primis quidem domum contineri, veſtiarium, calceatium. Bal. hoc affirmatiuè tenuit in l. cum is, qui tranſigit. ff. de tranſact. Roma. conſ. 146. Aym. conſ. 199. nu. 3. par. 1. domus continetur, quia habitatio eſt maxima

pars

*pars victus. Iabolenus in l. Legatis.ff. de aliment. & cibar. leg. ad victum enim, & vitam neceſſaria eſt habitatio l. regula.§. & licet.ff. de iur. & fact. igno. l non ſolet. l. quæ dubitationis.ff. de reg. iur. & Bar. in tract. de Alimēt. in princ. de domo, ſeu habitatione, eſt tex. in l. legatis alimentis ff. de alim. & cibar. leg. Stratum quoque comprahendi docuit Iuriſconſultus in l. quoſ.§. verbo victus.ff. de verb. ſig. l. 1.§. mulier.ff. de vent. in poſſ. mitten. Quin & aquam comprahendi docuit Vulpianus in l. ſi alimenta.ff. de alim. & cibar. leg quod intelligi debet, ſi relinquantur eo in loco, vbi vendi ſolet, ad hocq; eſt tex. in l. Mela. illo tit. de veſtitu in l. legatis.ff. de alim. & cibar. leg. Caſtr. conſ 438. col. 1. vol. 2. Quæ omnia intelligenda ſunt, niſi diſtinctis nominibus victus eſſet relictus, quis enim dicet habitatione relicta victum contineri? l. cum hi.§. qui tranſigit. ibi not.ff. de tranſactio. Alex. viden. conſ. 7. col. fina. vol. 5.*

*Sed nunquid veniant veſtes præcioſæ? Bal. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus ff. ſol. matr. negatiuam tenuit, & in l. in his. §. ſeruus. in 1. col. in fin. ff. eod. pari ratione ſi alimenta ſint æſtimanda ſecundùm vſum, & conſuetudinem teſtatoris, non comprahenduntur illa, quæ quis abſque dedecore geſtare nequiret. l. veſtis. ibi Vulp. ff. de alim & cibar. leg. & in d.§ muliebr.*

*Quid ſi legauit eques equiti victum, & ille conum Regis ridiculè quidem geſtare ſolitus erat, nunquid debebitur? Bal. in l. 1. col 2. C. de verb. ſig. non deberi reſpondit, Idem in l. cum hi in 3. lect. in prin. de tranſactio. dicebat legatum*

*alimentorum*

*alimentorum pium eſſe, eſt tex. in l. Mela.* §. 1 *.ff. de ali-*
3 *ment. & cibar. leg. & cauſa pia, & cauſa alimentorum æquiparantur.* §. *interdicimus. Auct. de eccleſ. titu. Bar. in l. alio. ff. de alim. & ciba. leg. Iaſ. conſ. 95. col. 1. l. 1. In feudorum quoque materia illud ab Imperatoribus ſancitum*
4 *habemus, tam & ſi Mutus feudo ſit priuandus, tamen ſi aliunde non habeat, vnde viuat, ſibi ex feudo victum deberi. c. 1.* §. *mutus. tit. Epiſcop. vel Abb. & ibi etiam Iſer. de cauſa alimentorum pia multa, Dec. conſ. 72. col. 3. vol. 1. vbi ad dotem, ad libertatem, adq; fontium refectionem extendit, aſſerit etiam talia relicta debere formaliter impleri, neque poſſe alium in vſum conuerti, niſi ex*
5 *cauſa, & cum ſummi Pontificis auctoritate. Bertach. cõſ. 82. col. 1. vol. 3. M. Mant. cõſ. 74. vol 3. ſed quid tum,*
6 *relicta ſunt alimenta præſtanda ex bonis emphyteoticis, ſeu fideicommiſſo, vel feudo grauatis; ex iſtis non præſtabuntur quidem Alex. conſ. 200. ad fin. vol. 1. conſ. 3. vol. 4. Grat. conſ. 22: col. 2. vol. 5. & tametſi ſeruus ſtandi in iudicio legitimam inducat perſonam. l. ſeruo. C. de Iudi. tamẽ*
7 *alimentorum fauore legitimè in iudicio ſtabit per tex. in l. ſeruus ff. de alim. & cibar. leg. Neque dicamus, vt Seiſell. in l. ex hoc iure. in 14. col. ff. de iuſt. & iure, quòd reſideat in perſona iudicis, & quòd verba illius textus referantur ad*
8 *Iudicem, & propterea iudex ex officio in alimentis poteſt ſupplere nemine petente. Bar. in d. l. ſeruus. Socin. in l fin. col. 2. C. de eden. & hæc omnia quia ſeruus quo ad ius noſtrum pro mortuo habetur. l. quod attinet. l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. quia dicimus nos, in alimentis attenditur ius gentium,*

*tium, quo iure ſeruus vti liber habetur.*

9 *Pium igitur eſt egenum paſcere, & ſanguine coniunctus agere in Eccleſiaſtico foro contra diuitem poteſt, vt illum alat. c. ſicut hi. 47. diſtinct. & ſi non alimentet, & eleemoſynam faciat, peccatum committit. ita Inno. in c. ſignificantibus. de off. deleg. Abb. in c. licet. de foro compet. Dec. conſ. 14. num. 8. vol. 1. & notabiliter dicebat Bald. in l. ſi dominus. in 2. lect. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.*

10 *iur. quod denegatio victus venit appellatione tormentorum; Qui ergo vſurpat Eccleſiarum bona, ſuis priuando alimentis miniſtros, excruciare dicitur, immo occidere. c. paſce. 86. diſtinct. l. vel necare. ff. de libe. agno.*

*Sed ad propoſitum dubitari poteſt nunquid alimentorum no-*

11 *mine comprӕhendantur etiam medicinæ?*

*Dyn. Bal. Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem ſeuiſſimo. ff. ſol. matr. & venire tenuerunt per tex. in l. verbo victus. ff. de verb. ſig. quæ cum ad viuendum homini ſint neceſſaria. l. quos. §. verbum victus. ff. illo tit. qui textus apertè hoc non dicunt, ſed tex. clarus ſecundùm lecturam vnam in l. cætera. ff. illo tit. ibi Gaius, cætera quoque, quibus tuendi, curandiq́; corporis noſtri gratia vtimur, ea appellatione ſignificantur, & ita Corn. conſ. 145. in litera, E, F, vol. 2. Aym. conſ. 199. num. 3. prima par. Corn. conſ. 286. in fin. verſ. præſuppoſito. lib. 3.*

*Ad hæc dubitari poſſet, quid iuris ſit, Alimentandus cõmiſit delictum.*

*Quoad ſtatutorum diſpoſitionem, ſi non eſt in ære, luat in corpore, & periculum eſt, ne in corpore ſui ipſius extremam*

*patiatur iacturam, dubitatur inquam, nunquid grauatus teneatur illum à periculo liberare ſoluendo ſtatutam pœnam?*

12 *Videtur fortaſſe prima fronte ei ſubueniendum fore, relictis nempè alimentis relictam dicemus ipſam vitam, nam ſi denegare alimenta eſt vita priuare, ſic alere erit vitam tribuere. l. ſi quis à liberis in prin. ff. de lib. agnoſc. videnda quæ ſcripta reliquit Deci. in l. iura ſanguinis ff. de regul. iur. hincq; Bal. ſecundus ille iuriſprudentiæ vertex in l. ſi iudex. in 3 lecturam. in prin. filium paciſci nequaquam poſſe de futuris alimentis minimè petendis, ſcripſit; Intentio itaque relinquentis alimenta fuit, quoad fieri poteſt vitam illius conſeruari optare, & ſtatuere etiam. Illud pro*

13 *iſtius ſuſcepti argumenti fulcimine adſcribamus, principalem intentionem in omni diſpoſitione attendendam voluere ſcribentes noſtri. l. in conditionibus. in princ. ff. de condi. & demonſtr. l. ex facto ff. de hæred. inſtit. in relinquente alimenta huiuſmodi intentionem fuiſſe quis non videt? dicamus quoque, ſi medicinæ debentur, ſupra iam fuit dictum cur emanauit municipalis hæc pœna? Ideò, ex quo eadem militare videtur ratio, & ſic eadem iuris diſpoſitio.*

*Contrarium tamen de Iure verius dixerim, adeo leges delicta odio proſequuntur, vt nullatenus commodum delinquentes inde habere voluerint l. itaque fullo cum aliis ff. de fur. non adeſt præſumptio teſtantem voluiſſe delinquenti fauere, adhæc duplici premeretur onere grauatus, & alendi, & liberandi, quod non eſt dicendum; probibet enim hoc ius. c. bona fides. depoſ. c. at ſi clerici. de iudi. Boer. in §. penul.*

*nul. de conſu. feud. in conſtit. Bitur. Nec quicquam facit, quod alere ſit vitam vitæ tribuere, illud quidem præſtare tenetur grauatus, quouſque vita hac vitali frui mereatur. Bal. in Auth. cui delictum. in fin. C. de ind. viduit. tollen. l. 4. ff. de alim. & cibar. leg. Calder. conſ. 3. ad fin. de teſtam. Intentio etiam teſtatoris fuit principalis illa ſe aptare ad iuris diſpoſitionem, & illa præſtanda relinquere quouſque proprio delicto alimentandum indignum ſe præ-*

14 *buerit; Habemus nempe ob ingratitudinem alimenta ingrato denegari filio; Auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud quoque. ver. cauſas ibi de ex hæredatione. gloſ. in l. ſi quis à liberis. §. idem Iudex. ibi Bal. & alij ff. de liber. agn. Bar. in l. diuus. ff. ad l. Pomp. de parricidis.*

*Sed quid dicemus, ad triremes damnatus eſt iſte, an alendus à grauato? exiſtimaui alendum eſſe, ſicut in damnato ad perpetuos carceres dici ſolet l. legatum ff. capit. dimin. l. ſi victum. ff. de re iudi. hoc ſenſit Bal. in l. 1. in prin. C. qui nõ poſſ. ad liber. peruenire.*

*Dicemus igitur alimentorum nomine intelligi de victu. l. lega-*
15 *tis. §. fin. ff. de aliment. & cibar. leg. & in alimentis dandis alicui inſpicitur conſuetudo, not. in c. cum apoſtolicis. de cenſ. & c. ſi quæſtiones tuas. de ſymo. & alimenta an di-*
16 *cantur parua, vel magna, attenditur qualitas perſonarũ, & remittitur arbitrio iudicis Alber. in l. bonæ fidei. §. fin. C. de reb. cred. Abb. in c. de appellationibus. in c cum omnes. de conſt. l. 2 ff. vbi pupil. educa. debeat. Aym. conſ. 189. nu. 10. prima par. Quin & illud ſi plures ſint hæredes, à quibus præſtanda ſunt alimenta, difficileq; ſit ea*

 petere?

*petere? Iudex conſtituere poteſt ab vno tantum præſtari.l. ſolent ff. de alim. & ciba.leg. Bar.in l.1.ff.illo tit. licet corrupto alleg textu illud non probari in tract de alimen. col. 3. Anch. conſ. 254 col. 2. Bertran.cõſ.147.col.1.vol.1.*

*Vnde ſi quis teneatur alere Doctorem, tenebitur illi equum dare, & omnia alia pro dignitate neceſſaria.not. ſcrib. in l.verbo victus.ff.de verb. ſig.*

*Sed dubitari poſſet; debentur alimenta, ex bobus, quorum red ditus non ſat eſt ad illa præſtanda, nunquid proprietas alie nanda erit?*

*Qui redditus ſint attendendi, docuit Bar. in l. alimenta.ff.de alim & ciba.leg.in l. Imperator. in fin.ff. ad Trebel.l. diuus. ibi Dec.ff. de reg.iur.*

17 *Quod ſi debeantur alimenta, an expenſæ ſtudij debebuntur? Diſtinguunt ſcrib. noſtri; Aut ex teſtamento debentur, Aut ſanguinis iure: ſi ex teſtamento, quòd non.l.legatis, ibi Bar. ff.de alim. & cibar. lega. Bal. in l. qui filium ff.vbi pupil. educ. deb. Abb.conſ.78.col.2. vol. 2. Aym. conſ. 190. num. 3.vol.1.indiſtinctè recenſet in docili deberi.*

*Si verò ex iure ſanguinis, tunc eò itum eſt, vt debeantur, modo tamen docilis ſit perſona. Calde. conſ. 2. an profeſſi. in tit. regul. Abb. conſ.63.vt neceſſitas.vol.2.paſſim omnes ſcrib. in l. qui pupillum.ff. vbi pupil.educ. deb. Socin. conſ. 161.proceſſus. vol 2.dominus Decia.reſp. 14. num. 14. vol. 1.*

18 *Vltimò de alimentis vnum dicemus, legatum alimentorum æſtimandum eſſe ſalua rerum ſubſtantia, Abb. conſ.67. in 1.par. omnia igitur neceſſaria victui c.2.ubi Dec. de præb.*

*c. Eccle-*

*c. Eccleſiarum ſeruos. c. aurum habet Eccleſia. 12. q. 2.*

19 *(&) Nutrices dicuntur etiam alimenta infantibus præſtare l. 1. §. ad nutricia. ff. de vari. (&) extraor. cogn. l mutus. ff. de Iure dot. ibi vt in exilium. vel in inſulam relegato parenti præſtet alimenta, non ſolum autem attendere debemus, quòd ſit ſalua rerum ſubſtantia, ſed etiam melior conditio hæredum in alimentis præſtandis, ideo in domo hæ-*

20 *redum erunt danda, non extra, & licet non fuerit dictum, tamen adiectum cenſetur. Alex. conſ. 100. col. 2. vol. 1. conſ. 3. vol. 4. col. 2. conſ. 178. col. 1. vol. 6. Caſtr. cõſ 167. col. 1. (&) 2. vol. 1.*

*Redeundo igitur, vnde euagata eſt oratio noſtra; Ex talibus bonis Miniſtri Dei, gens ſancta, regale ſacerdotium, po-*

21 *pulus acquiſitionis alimentari debet ad hæc, & pauperes; aliàs ad proprios conuertens vſus, furtum committere dicitur. §. furtum. Inſt. tit. de oblig. quæ ex deli. naſc. Quinimo adeo ſedula opera in his fructibus conſumendis adhibenda eſt, vt etiam beneficiarius illis abutendo peccet, adq;*

22 *reſtitutionem teneatur etiam. Archi. & Domi. in princ. 44. diſtin c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. in 6. Abb. in c. cũm ſecundum. de præben. Prælatus debet ex redditi-*

23 *bus Eccleſiæ ſuæ non luxuriari quidem, ſed viuere, ita D. Hieron. 44. diſtinc. hinc conſtitutum eſt in ſacro Coucil Tri dent. Epiſcoporum ſuppellectilem pauperem eſſe debere ſeſſ. 25. cap. 1. de refor. quod quantopere vſu fuerit receptũ, aliorum ſit iudicium, liceat mihi ſanctiſſime Præſul non nulla de huiuſmodi re breuiter proferre.*

24 *Hiſce temporibus noſtris maxima duo Eccleſiæ luminaria*

*ſplendorem*

*ſplendorem in orbe toto dediſſe vidimus, quid de purpurato Borromeo dicemus? Is tametſi nobiliſsima ex familia procreatus eſſet, licèt inquam Nepos ſummi Pontificis Pij Quarti, quid? Cardinalis, & quidem Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopus, vt puta quàm maximè diuitijs, prouentibus abundaret, tamen antiquorum patrum veſtigia ſectatus, ea exigua ſemper vſus fuit ſupellectili, eam paupertatem amplexus, vt præter indumenta, quibus pro corporis vtebatur in diem neceſsitate, nihil habuerit vltra; non alta pendebant Arabica ornamenta, non cara tapeta, non veſtiebantur parietes, non epiparis veſcebatur menſis, non equorum, non curruum pompa vehebatur, non auro, non ſerico, non purpureo accumbebat thoro, quid illi fuit antiquiùs, quàm populum ſuum diuinis erudire alimentis, ſanctiſsimis corroborare exemplis, hoſpitalitatem aſſeruare, pauperibus ſubuenire, quot enim, & à recta via aberrantes vitæ ſuæ integritate ad bene, & christianè viuendum allexit? Ille bonorum fautor, ſapientiæ ſtudioſus, pietatis diuinus cultor, paupertatis amator; Alter datus eſt Cardinalis ille Syrletus, qui præter cognitionem propè diuinam ſacrarum litterarum non ſolum græcæ latinæ, verũ etiam hebraicæ linguæ eximiam eloquentiam, ſic morum exemplo, vitæ integritate, religione, & ſumma charitate erga Chriſti pauperes floruit, vt tria ſanctiſsimo eo in viro certaſſe videantur, ſcientiarum Excellentia, Religionis pietas, & erga omnes charitas; O verè Cardinales, o verè Eccleſiæ Dei Antiſtites, ò verè ſidera in firmamento collocata, adeo omnium virtutum generẽ floruere, tali vitæ*

*tæ ſanctitate vixere, vt non ſolum apud optimos, & bene de Republ. Chriſtiana ſentientes ſumma in religione fuerint habiti, ſed etiam apud Romanæ religionis Euulſos à gremio in timore, veneratione vixerint ſemper, & nunquam interiturũ vigeat nomen; extitere inquam fulgẽtiſſima ſpecula; Verùm ne videar impudentiæ notam ſubire qui audeam ipſorum diuinas uirtutes breui in ſinu concludere velle, ſuſceptum proſequar argumentum, & adeo*
25 *alimenta iſta debentur beneficiarijs, vt egente Eccleſia, egente beneficiario præferatur beneficiarius. c. dolus. de eccl. ædif. Nauar. de ſpol. §. 10 nu. 7. Tamen beneficiarius ſi (vt dicebamus) in profanos vſus, & ipſe hoſce conuertat fructus de non furando præceptum violare dicitur, vt per Nauar. de ſpol. num. 4. §. 2.*

# V S I B V S, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 Vſus quot modis accipiatur. & num. 5. 6.
2 Vſus minùs, quàm vſusfructus.
3 Vſufructuarius tenetur reficere domũ.
4 Vſufructuarius adinueniens theſaurum, non tenetur reſtituere.
7 Vtens re ad vſum deſtinatum, non eſt in culpa.
8 Vſus pro facultate.
9 Vſus pro commoditate.

10 Vſus pro norma loquendi.
11 Vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi.
12 Verba intelligenda ſecundum ſignificationem legum, & iurium:
13 Profanum quid dicatur; & num. 18.
14 Profanum, quod nunquam ſacrum fuit.
15 Profanus ſacris non initiatus.
16 Quid, non arabis cum boue, & aſino.
17 Clerici capaces conditionis temporalis:
19 Fures ſunt pertractantes bona Eccleſiæ.
20 Dictio, Aut, eſt diſiunctiua, & ſufficit alteram partem veram.
21 Dictio, Aut, idem eſt, quod vel.
22 Cultus quas ſignificationes habeat.
23 Exquirere, quid ſignificat.
24 Exquiſitum quid denotet.
25 Exquiſitum pro raro.

VSIBVS. *Vſus quot modis accipiatur docet*
1 *gloſ. in l. 1. ff. pro ſoc.*
*Vſus pro commoditate rei ad differentiam proprietatis, & ius ſapit. l. 1 ff. de vſu, & habit. & eſt quando ius vtendi alicui datur, quòd vti poßit prædio, vel domo ad neceßitatem. l. plenum. ff de vſu, &*
2 *habit. & eſt minus quàm vſusfructus, & hinc eſt, quod poteſt beneficiarius ſolum fructus quotidianos pro ſe accipere. §. primo. Inſt. tit. de vſu, & habi. d. l plenum. §. poteſt. ff. illo tit. & non tenetur ad onera. l. hactenus. ff. de vſufr.*

*vſufr. Vſufructuarius autem tenetur reficere demum leg. vſufructu legato in fine, & l. ſeq. ff. de vſufr. & aliqualem præſtare refectionem tenetur, licet ſarta tecta, vt habeat, cogi nequeat vt in d. l. hactenus.*

4 *In eo conueniunt, quòd ſi theſaurum adinuenerit, reſtituere non tenetur. Benedictus in c. Raynaldus nu. 3. de teſta. quia non renaſcitur vt ibi per eum.*

5 *Aliquando factum non ſonat, vti iſte locus factus eſt ad vſum hominum l. 1. ff. de itine. actuq. priua. in princ.*

6 *Aliquando pro fine, vt re vti ad vſum deſtinatum ideſt ad finem ſuum. §. religioſum Inſt. tit. de rer. diuiſ. ſic & illud Virg. 4. Aeneid. Dardanium nos hoc quæſitum munus in vſum, ad hoc facit quoque tex. in c. ad noſtram; & c.*

7 *ſuggeſtum de appell. & dici ſolet, vtens re ad vſum deſtinatum, in culpa non eſſe l. ſi quis. §. Imperator. ff. loca. Ber: conſ. 197. col. 1. vol. 1.*

8 *Vſus etiam aliquando accipitur pro facultate, ſeu poteſtate aliquid agendi Sueton. in Tiberio Quibuſdam cuſtodia traditis non modo ſtudendi ſolatium ademptum, ſed etiam ſermonis, & colloquij vſus.*

9 *Aliquando denotat commoditatem clem. vlt. ad fin. ibi in ſuis vſibus de vit. & honeſt. cler. §. ius gentium Inſt. de Iure nat. gent. & ciui. l. 1. §. ſed ſciendum. ff. de edic. & tex: in l. oſſa. ff. de relig. & ſumpt. fun. ibi ſi in locum publicis vſibus deſtinatum intulerit quis mortuum, & Macrob. Satur. lib. 1. cap. 21. quæ ſola facit naſcentes fructus ad hominum vſus peruenire, & Poet. 4. Georg. atque ipſos contractus ad vſus eligitur locus, & hoc vſu longo tamen proba-*

*tur titulus l. cum de in verſ. ff. de probatio. l. riparum. ff. de rer diuiſ. ibi riparum vſus publicus eſt, ideſt commoditas, ſeu (vt barbariè dici ſolet) ſeruitium, & ita in tex. noſtro accipitur.*

*Aliquando pro frequentia actuum. § ex non ſcripto. Inſt. tit. de Iure nat. gen. & Ciui. ibi quod vſus approbauit, & iuxta illud vſus me genuit, peperit memoria.*

10 *Aliquando & vltimò vſus accipitur pro norma loquendi, vnde Horat. in Arte poet. Multa renaſcentur quæ cecidere, cadentq;. Quæ nunc ſunt in honore vocabula ſic valet vſus, penes quem vis eſt, & normà loquendi; & hinc dicimus vſum loquendi communem præferri propriæ ſignifica-*
11 *tioni verborum. l. librorum. §. quod tamen. ff. de leg. tutor. ibi gloſ. Bar. in l. talis ſcriptura. ff de leg. 1. probatur optimè in l. 3. §. vlt. ff. de ſupell. lega. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. habeo. ff. de ſupel. leg. c. ex literis de ſponſ. l. 1. ff. de noui oper. nunc. Sed quid dicemus ſi forte fortuna vſus communis non fuerit probatus?*

12 *Dicimus tunc verba intelligenda fore ſecundùm legum, & Iurium ſignificationem Alex. conſ. 21. num. 11. lib. 3. & dicebat Alciat. in rubr. de verb. ſig. indicatum à verbis quatuor modis cognoſci, ex proprietate, ex vſu, ex abuſione, & per interpretationem, vt ibi per eum.*

13 PROFANIS VSIBVS. *Profanum dicitur, quod dum ſanctum fuerit, poſtea in vſibus hominum eſt factũ, quaſi extra fanum, & ita tenuiſſe Trebatium teſtatur Macro. mox. citandus Rebuff. in leg. inter vrbana. ff. de verb. ſign. & ita illud Virgil. intelligitur lib. 12. Aeneid:*

*Bello*

*Bello fecere profanos, & iuxta illud in ſacra ſcriptura,*
14 *Profanauerunt templum ſanctum tuum, ſed (†) dicitur etiam de eo, quod ſanctum nunquam fuit, vide Virg. procul. ò fures, procul eſte profani, ſic & laicus dicitur profanus id eſt ſacris non initiatus, vt per Bude. ſuper. l. 1. §. exẽplis. ff. de ædil. edic. & incapax eſt beneficiorum eccleſiaſticorum. c. cum adeo de reſcript ibi per Hoſt. Ioan. And. & alios in c. 2. de Inſtit. ſpiritualia enim ſpiritualibus committenda ſunt Bal. in c. decernimus de Iudi. quod & annuit ſacra*
16 *cra pagina, non arabis cum boue, & aſino; Immo laici Iuris ſpiritualis incapaces ſunt penitus d. c. decernimus de Iudi. Roma latè conſ. 299. col. 2.*

*Quòd tamen intelligemus ni procuratorio ageret nomine. c. 1. de procur. in 6. Cald. conſ. 1. de præb. uel etiam modo à ſummo Pontifice habilitati non ſint not. in c. quæ ter. §. præcipiẽtem 32. diſtin. Spec. in §. nũc oſtendendum ver. 60. de leg.*
17 *tamen clerici cognoſcere poſſunt temporalia, & conditionis temporalis capaces ſunt l. Epiſcopale. C. de Epiſco. audien. Auct. ſi vero contigerit. C. de Iudi. dicimus ergo vſibus profanis, id eſt non ſacris, ſeu ad vſum ſecularium rerum & Macro. lib. 3. c. 3. atteſtatur profanum dici ex eo, quia ſit extra fanaticam cauſam, quaſi porro à fano, & religione ſecretum, ſeu remotum; & ſic ad vſus profani vtentes talibus bonis dicuntur ſacrorum violatores, &*
19 *ſacrilegi, (†) fures, quia pertractant inuita eccleſia, quæ ſua ſunt. arg. l. 1. ff. de furt. c. quiſquis. §. ſacrilegium. 17. q. 4. ſacra igitur ſacris, & profana profanis iungenda ſunt. c. fin. de rer. permut. vnde Poet. ſecernere ſacra*

 profanis,

*profanis, & de hoc ſuperius ſatis dictum eſſe putamus.*
AVT CVM MAXIMO ILLORVM, *ac diui*
20 *ni cultus detrimento, Hæc dictio, Aut, eſt diſiunctiua, ad cu* *ius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſt. l. ſi ex toto. §. 1. ff. de leg. 1. l. Titio. ff. de leg. 2. clem. 1. de cõceſſio. præb. clem. 1. de reb. eccl.*
21 *non alien. & idem importat quòd dictio vel l. triplici. ff. de verb. ſig. ſic ſat eſt alterum ſortiri effectum, ad hoc vt prohibiti intelligantur, & quia dicitur in tex. Aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento, illud pronomen, illorum, referendum eſt ad loca pia, & ad Miniſtros, non autem ad vſurpatores.*

CVLTVS DETRIMENTO, *videndum eſt nomine cultus, quæ ſignificantur.*
22 *Et primò pro ornatu corporis, ita quòd contineat omnia, quæ accedunt ad corporis ornatum Cic. off. lib. 1. quæ ad victũ, cultumq; pertinent.*

*Cultus aliquando pro reuerentia, & honore quodam. Cic. de Inuent. tribuere alicui officium, & diligentem cultum.*

*Aliquando pro religione videtur, vt cultus Dei c. ex parte de conſt. & ſic in tex noſtro.*

*Aliquando pro loci qualitate Virg. Georg. 1. Cura ſit ac patrios, cultusque, habitusq; locorum.*

*Aliquando pro agrorum cultura. l. 1. §. adeo. ff. de aqua plu. arcen. l. hactenus in fine. ff. de vſufr. Virg. Georg. 1. Quæ cura boum, quis cultus habendi; In caſu noſtro pro cultu diuino, ideſt pro veneratione erga Deum, vt diximus.*

23 EXQVISITIS MEDIIS *vſurpare præſumunt,*

*Exqui*

*Exquirere ſumitur pro perquirere, perſcrutari, ſeu inueſtiga re l. de his. ff. de cuſto. reo leg. diuus. ff. de tranſ. & Virg. 3. Aeneid. Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem, & Octa. exquirit, auditque virum monimenta priorum,*
24 *hinc exquiſitum quaſi diligens adinuentum, exquiſitis medijs, ideſt ſubtiliter adinuentis vijs, talia ſubtiliter adinuenta in contractibus habita ſunt ſuſpecta. Eſa. cap. 19. confundantur qui operabantur lignum plectentes, & texentes ſubtilia, & ſicut talia rara eſſe ſolent, ita exquiſi-*
25 *tum accipitur pro raro, & excellenti. Cic. de finib. tua exquiſita doctrina, & ſingulari induſtria, ſic ergo ex his verbis, quòd quæ dedicata Deo ſunt, non poſſe, neque deberi ali quo modo amplius ad humanos vſus verti, & ſic fieri profana. §. ſacræ. Inſt. tit. de rer. diuiſ. cap. ſemel. de reg. iur. in 6. cap. comperimus 4. q. 6. D. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 87. art. 10.*

## *SVMMARIVM.*

1 HYpotheca venit in fauorabilibus, appellatione alienationis.

2 Hypotheca actus, per quem facile datur alienatio.

3 Pignus vnde dicatur.

4 Pignus ab hypotheca in quibus differat, & nu. 5.

6 Pignus aliquando de re immobili.

7 Statutum loquens de hypotheca, habet locum in pignore.

8 Licen-

8 Licentia danda Iudeis de retinēdis pignoribus, nō comprehendit hypothecam.
9 Pignore vtens cōmittit furtum.
10 Pignoratitia actio datur etiam prædoni.
11 Duplex hypotheca.
12 Tacita hypotheca naſcitur ex tacitè conuentione.
13 Tutoris, & curatoris bona tacite hypothecata pro adminiſtratione tutelæ.
14 Tacita hypotheca conuenit domino pro rebus inuectis.
15 Bona clericorum tacitè hypothecata pro adminiſtratione rerum Eccleſiæ.
16 Hypotheca expreſſa quæ dicatur.
17 Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.
18 Pignus Quadruplex eſt.
19 Pecunijs reſtitutis pignora ſunt reſtituenda.
20 Pignus non venditur, niſi denunciatione facta per duos annos antea.
21 Maritus facit fructus ſuos ex fundo pignori dato pro dote aſſignanda.
22 Non obſtante conuentione de non alienando pignus, fiet alienatio, præcedente trina denunciatione.
23 Textus noſter an loquatur de expreſſa, vel tacita hypotheca, an de generali, vel ſpeciali?

HYPO-

*HYPOTHECAM. Papa prohibet nedum contractus, ex quibus dominium transfertur, verùm etiam ſimplicem hypothecam ultra triennium, quando enim ſumus in materia fa-*
1 *uorabili. appellatione alienationis venit hypotheca glo. in l. vlt. C. de reb. alien. vel non alien. in verſicu. hypothecam Alex. conſ. 29. nu. 51. lib. 7. Anto. de Fano de pigno. 2. par. 3. Mem. nu. 69. & de hoc habemus tex. in c. nulli de*
2 *reb. Eccl. non alie. & hypotheca eſt actus, per quem (vt ſuperius dicebamus) facilimè poteſt contingere alienatio. l. 2. & 3. ff. de diſtract. pign. videlicet Iure pigno. ita hæc omnia, & alia dicebat Couar. variar. reſol. c. 16. num. 7. & quia multa circa huiuſmodi terminũ dicere poſſemus, ideo breuiter dicamus, quid ſit hypotheca, & quotuplex, & à pignore quomodo differat, & quotuplex ſit pignus.*

3 *Dicimus quòd pignus dicitur à pugno, quia manu traditur, ſic propriè in mobilibus conſiſtit, hypotheca verò in immobilibus. l. plebs. §. pignus. ff. de verbor. ſignif. §. item ſeruiana Inſt. de Actio, & poſſeſſio traditur creditori, cum ſit de re mobili. l. ſi rem. §. 1. ff. de pign. actio. In hypotheca verò cum nõ interueniat expreſſio rei immobilis. d. l. ſi rem. §. 1. ff. de pign. actio. in ea poſſeſſio non transfertur ut per Rebuff. in l. plebs. §. pignus. ff. de verb. ſig.*

*Tamen in l. res in fine. ff. de pigno. actio. dicitur ſono vocis tantum differre, ut etiam per Vallenſem lib. 6. cap. 57. elegan:*

*Dicimus nihilominus nonnullas eſſe differentias, & hæc eſt veritas, cum ſit dictio græca, quæ dicitur quaſi appoſita obligationi, nam hypoteche græce, latinè eſt ſupponere. Bud. in leg.*

*leg. penult. ff. de pigno.*

4 *Primo in ſono vocis. l. res hypotecæ §. inter pignus. ff. de pigno: & vna vox latina, altera græca dicitur.*

5 *Secundo pignus propriè eſt in mobilibus, Iuribus alleg. vt per tex. in l. plebs eſt. §. pignus. ff. de verb. ſig. hypotheca in im mobilibus. c. nulli de rebus eccl. non alie.*

6 *Aliquando etiam iura de re immobili loquuntur, de pignore, vt fundus datus pignori. l ſi is qui. §. 1. ff. de pigno. l. ſi dominum. C. illo tit. l. 1. ff. de diſtra. pigno. & l. 2. C. de pigno. actio. ita Imperatoris Alexandri reſcripto cautum eſt, Creditor, qui prædium pignori nexum detinuit, in rationem exonerandi debiti computare neceſſe habet. l. 2. §. vlt. ff. de relig & ſumpt. ſun. ibi is, qui pignori dedit agrum, & dicitur fundus pignoratus. l. quamuis. ff. de pigno. actio. Terẽt. phorm. act. 4. ſcen. 3. ager oppoſitus eſt pignori ob decem nummos, quod quidem verum ex vſu loquendi, non autẽ ſecundùm veram proprietatem germanam.*

*Ex quo poſſumus dicere conſtitutionem noſtram verificari*
7 *etiam in pignore, ſicut dicimus quod ſtatutum loquens de hypoteca locum etiam habet in pignore. Fely. in c. cum ali quibus. de re Iudi. licet contrarium tenuerit Ripa in rubr. de re iudi & contrarium etiam tenuit Bar. in l. ſi rem. §. 1. ff. de pign. actio.*

*Quid ergo dicendum? Illud tenendum, videlicet ſtatuti ver*
8 *ba eſſe inſpicienda, nam ſi ſit conceſſum Iudeis, vt poßint pignora retinere, profectò non extenditur ad hypotecam, & ſic conceßio intelligitur de mobilibus, vt per Hoſtien. in c. 1. de feud. Rip. in d. rubr. de pigno.*

*Sed*

6 *Sed dicet quis, per pignus nullum ius transfertur, immo pignore vtens committit furtum §. furti autem de oblig. quæ ex delic. naſc. & ſic fructus ex re pignorata accipere non poteſt, ſed reſtituere tenetur, ſeu in ſortem computare d.l. 2.C. de pign.actio.l. 1.C.eod.tit l. 2. C. de par. pign. & eſt tex.in l.reſcriptum.§. ſi alieno. qui pot.in pig.habe.l.ex præ dijs.C.de vſu. & l. 1. C.ſi vendi. pig. aga l. pen.C. de dolo.l. ſi pignore. de pigno. actio. & hæc omnia adeo vera*
10 *ſunt, vt ſi prædo rem pignori dederit, competat ei, & de fructibus pignoratitia actio. l. ſi pignore.§. ſi prædo ff. de pign. actio.*

*Secundum propoſitum ſuperius illud fuit, quotuplex eſſet hypotheca.*

11 *In iure igitur noſtro duplicem eſſe.§.fuerat.Inſt. tit. de actio. & paßim ibi ſcrib. omnes.*

12 *Tacita hypotheca naſcitur ex tacita conuentione, quam lex inter contrahentes acceßiſſe fingit fortun.Gratia.in l.item quia ff.de pact. ſæpe enim conuentiones tacitæ valent. arg. notatorum per Alciat.in l. 2.C. de pact. & taciti, & expreßi omnino eadē iura eſſe conſtat.l.ſic, & pro dote data mulieri cōpetit actio ex ſtipulatu, etiam ſi non interuenerit, quia ea tacitè interueniſſe. fingit l. vnica. C. de rei vxor.*
13 *actio. ſic tutoris, vel curatoris bona pro adminiſtranda tutela, vel iura tacitè hypothecata dicuntur.l.pro officio.C.*
14 *de admini.tuto. datur domino in bonis ab inquilino in vrbanam habitationem inuectis l. item quia ff. de pact l.2. & tot tit.C. in quib. cau pign. tacitè contrah. & ſic de alijs.*

*Vnde ex his inferre poſſumus bona clericorum ſubiacere huic*
15 *tacitæ hypothecæ, pro adminiſtratione rerum Eccleſiæ, vt de tutore, & curatore eſt dictum, & in hoc commento noſtro alias dixiſſe ſcimus.*

16 *Hypotheca autem expreſſa eſt vbi expreſſè fundus hypothecatus per contrahentes fuit. l. 1. ff. de pign. actio. expreſſā enim conuentionē expreſſā conſtituere hypothecam per manus omnium traditum habemus. §. item Seruiana. ibi Iaſ. & alij de actio.*

*Sed naſcitur hic pulcra dubitatio, dominus pro penſione ſibi perſoluenda ſpecialem, & expreſſam ſibi hypothecauit rem, dubitatur an aliæ res illatæ ſint ab hypotheca liberatæ.*

*Videtur, quòd ſic, quis enim neſcit prouiſionem hominis facere*
17 *ceſſare prouiſionem legis. l. fin. C. de pact. conuent.*

*Tamen contrarium tenendum affirmamus, ita Pomponius docuit in l. fundus. ff. de Ana. leg. l. certi Iuris. ibi Bal. C. loca. neque quicquam facit. d. l fin, quia procedit vbi prouiſio hominis eſſet inducta in defectum hominis, vel aliter, per gloſ. in l. 2. C. de iure emph. Iaſ. in § item Seruiana. num. 68. de actio.*

18 *Verùm & illud pro pleniori cognitione addamus quadruplex eſſe pignus.*

*Primum pro contumacia, quando Deum per ſtatutum de more quis in Ius accerſiri curat, qui tamen ſui copiam facere denegat. eſt tex. in l. ſi vnus. ff. de bon. auct. iudi. poſs. & in contumaciam rei comparere negantis fit miſſio in poſſeſſionem bonorum ipſius, nulla præcedente ſentētia. l. 1. ſſ ſi quis*

ius

*ius dicen. non obtemp. & tale pignus durat durante contumacia, & ſic eſt temporale. Bal. in l. 1. C de poſt. canon: in c. ex literis. de conſtit:*

*Secundum Iudiciale, quando procedit ſententia diffinitiua, & pro eius executione fit miſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris condemnati ex primo Decreto. l. à diuo Pio. ff. de re iudi.*

*Tertium legale, quod tacitè eſt inductũ à leg. tot. tit. quib. cauſ. pig. vel hypo. taci. contr. h. d. l. à Diuo Pio ff. de re iudi. l. item quia. ff de pact. l. vnica. C. de rei vxo. actio.*

*Quartum conuentionale, quod deſcendit ex conuentione partium. l. 1. ff. de pign. actio. & ibi gloſ. & Bart. & hoc eſt quando debitor indiget pecunia, & vt facilius inducat, ad eam ſibi mutuo dandam offert, & exitu, ſeu re ipſa obligat pro reſtitutione certa bona, ſeu omnia bona, & re-*
19 *ſtitutis pecunijs pignus reſtitui debet. l. ſi rem. §. omnis ff. de pigno. actio. de hoc quarto loquitur Extrauagans noſtra, quia priora genera locum non habent, & eſt prohibitum, quia Prælato conuentionem non ſeruando induceretur alienatio. §. contra autem. Inſt. tit. quib. alien. licet, vel non. l. vlt. C. de iure dot.*

20 *Quod verum, vbi conuentum eſt; ſi non eſt conuentum per duos annos ante, debet certiorari. d. l. vlt. C. de iure dot. In hoc pignoris genere reponere poſſumus & illud, quod alicui permittitur ratione dotis ſibi numerandæ. Quis nuptui tradidit filiam, ad manus dotem non habet, promiſit Generum fundum poſſidere, quouſque dos fuerit ſoluta, pignus conuentionale dici poſſe exiſtimarim; ſi fructus percipiat*

X 2 eoſdem,

*eoſdem, ſuos facit, ita quod in ſortem principalem imputare non teneatur. Fructus igitur ex eo fundo tanquam ex dotali fundo perceptos ſuos facit ratione onerum Matrimonij. & ita Innoc. III. ſcriptum reliquit. c. ſalubriter. de vſur. in antiq. ſic quoque ad rem noſtram ponendum erit dici conuentionale cum. ſ. directus dominus, à Cliente ſuo fundum cenſualem, vel emphyteoticarium accepit in pignus, & tamen ad fructuum reſtitutionem non grauatur. c. primo. de feud. in antiq.*

*Sed redeundo ad propoſitam materiam quid tenendum erit, ſi conuenerint partes, ne fiat alienatio?*

22 *Dico adhuc fiet, facta trina denunciatione, quòd ſcilicet pecunia reſtitui debeat. l. ſi conuenerit. ff. de pigno. actio. ibi Iuriſconſultus; vbi verò conuenerint, ne diſtraheretur, creditor ſi diſtraxerit, furti obligatur, niſi ei ter fuerit denunciatum, vt ſoluat, & ceſſauerit; cum igitur in tex. noſtro prohibeatur, ne vltra tres annos in hypothecam dentur bona Eccleſiæ, dubitari poteſt, an de tacita, vel expreſſa lo-*
23 *quatur ſummus Pontifex, Ad hæc, an de generali, vel ſpeciali?*

*Et primò textum noſtrum de vtraque loqui, nulla obligatio iſtis in bonis cadere poteſt ſine ſummi Pontificis aſſenſu: Bal. in l. 2. C. comm. de leg. Specul. in tit. de pignor. §. 1. verſ. ſed verum. Iaſ. in l. fin. col. 125. C. de iure emphyt. vbi enim quid ab homine eſt expreſſè dictum, tacitum à lege ſub diſpoſitionis lege continetur. arg. l. quamquam. ff. de ritu nupt. l. ſi cui. ff. de ſeruit. Si enim prohibitio in genere non adeſſet, hoc quidem dici poſſet, vt de feudo conſtitutum*

*ſtitutum eſt non facta diſpoſitione à domino, ſibi inde nullum inferri dannum aſſerimus. c. in generali. tit. ſi de feudo fuer. contro. Neque quicquam facit, quòd in tacita ſemper creditor petere poſſit, nam idem in expreſſa iure optimo affirmare valemus, vt mox dicemus, inſpicitur nempe in re noſtra, an ipſo defuncto præiudicet ſuceſſori, & nomine huiuſmodi teneat conſtituta obligatio?*

*Et negatiuè affirmamus, in ſimili eſt elegans doctrina Bar. in l. ſi conſtante. in 4. q ff. ſol. matr. In feudo mulierem tacitam habere hypothecam atteſtatur ratione dotis ſuæ durante matrimonio, tamen ſoluto naturali vinculo, nulla conſideratur feudi obligatio, ſeu hypotheca, ſed ibi Bar. locutus eſt de facultate percipiendi fructus, non autem de hypotheca à lege prohibita, & tametſi obligauerit de facto, dicemus & in diuerſum, quid l. ad eum. §. Lucius. ff. de donat.*

*Sed quid dicemus, Beneficiarius hypothecam conſtituit, tamē an ideo puniendus, cum incidit haſce in pœnas?*

*Dicemus quòd non; reſpicit enim ſummus Pontifex, ne ex hiſce obligationibus ſequatur alienatio, ideo in textu, omnem rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneq́; pactum, per quod ipſorum dominium transfertur; Conſtitutio igitur noſtra ſortitur effectum, vbi inde nata eſt alienatio, aptantur ea, quæ ſcripta fuere per Bar. in c. 1. §. aut ſi libellario. in vlt. col. quib. mod. feud. amitt. ſcrib. in l. alienatum. ff. de verb. ſignif. An autem tam in generali, quàm in ſpeciali hypotheca ſit intelligendum, nulli dubium eſt, ea videlicet ratione, vbi quid prohibetur principaliter in fauorem alicuius, prohibita alienatione fauore eiuſ-*

dem

*dem prohibita eſt etiam vtraque hypotheca. arg. l. 1. ff. de reb. eorum. l. cum pupillorum. ff. illo tit. not. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vendit. hic prohibitio eſt fauore religionis, vt iam decantatum pluries ſuperius eſt, ſic ergo generalis, nec non ſpecialis continetur. Barb. viden conſ. 36. col. 10. vol. 2. qui nequit alienare, nullatenus alteri poteſt promittere. l. fin. C. de reb. alien. non alien. facit. l. Oratio. ff. de ſponſ. Bar. in l. quæ habebat ff. de leg. 3.*

# LOCATIONEM, & conductionem.

*SVMMARIVM.*

1 Clementina prima, de rebus eccleſiæ nõ alienandis correcta.

2 Tempus quando habetur pro ſubſtãtia:

3 Ambiguum ſi reddatur certum, non dicitur corrigi.

4 Tempus non determinatum à iure, relinquitur arbitrio Iudicis.

5 Prohibita alienatione, an comprehendantur actiones.

6 Prælati poſſunt remittere actiones.

7 Eccleſia punitur Prælato delinquente vna cum capitulo.

8 Appellatione bonorum comprehenduntur corporalia, mobilia, & immobilia, & iura.

9 Obli-

9 Obligationes dicuntur ex patrimonio noſtro.
10 Remittens debitum, videtur donare.
11 Qui habet actionem, videtur habere rem:
12 Bonis publicatis, & actiones cenſentur publicatæ.
13 Bona dicũtur multis modis; & nu. 14. 15. 17. 18. 19.
16 Bona denotant beneficium.
20 Bonum pro operibus benefactis.
21 Bonum pro qualibet re, qua beamur.
22 Tria genera bonorum.
23 Eccleſia grauata in integrum reſtituitur.
24 Liberè, videlicet ſine onere.
25 Malęfidei poſſeſſor quis dicatur.
26 Malęfidei poſſeſſor tenetur reſtituere omnes fructus, & fructus, quos potuit percipere, & num. 27.
28 Malęfidei poſſeſſor amittit melioramenta.
29 Prælatus poteſt diſponere de fructibus durante eius vita.
30 Bonæ fidei poſſeſſor fructus perceptos facit ſuos.
31 Poſſeſſor non ſeruatis ſolemnitatibus cenſetur malæ fidei.
32 Emptor bonæ fidei debet recuperare pretium à venditore.
33 Actio datur contra Eccleſiam in ſubſidium.
34 In recuperandis bonis alienatis Eccleſia non deponit pretium.
35 Malæfidei poſſeſſor amittit præcium.
35 Malæ fidei poſſeſſor munitus de euictione agit contra Prælatum.

LO-

## LOCATIONEM, ET CONDVCTIONEM.

1 *EX his colligamus verbis, quòd correcta eſt clem. I. de reb. Eccleſ. non alienan. vbi prohibetur, ne fiat locatio vltra longum tempus, vt mox dicemus.*

*Doctores interpretantur vltra decem annos. per l. I. §. quod autem ait. ff de ſuperficieb. ibi Bart. num. 3. & ſcrib. c. I. illo tit. in 6. & in d. clem. & nos ſatis, ſuperque in præludijs multa diximus.*

*Sed dicet quis hoc non eſſe verum, quia Papa hic atteſtatur conſtitutiones à Maioribus emanatas permanere in robore ſuo, & ſic eius intentio non fuit velle illis derogare.*

*Quid dicendum?*

*Non nulli dicunt, quod non corriguntur in ſubſtantia, ſed in qualitate temporis decem annorum, quia reducitur ad minus tempus.*

*Dico ego, quod vbi Conſtitutio eſt fundata in tempore, habet*
2 *tempus pro ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia, vt melius, dicam, & fundamento ſuo (ſubſtantia enim dicitur quæ p ſe ſubſiſtit) & vbi corrigitur tempus, dicitur corrigi in ſubſtantia, vt ſi dicerem, de minore XXV. annis, qui alienare non poteſt, ſtatuta ciuitatis conſtituunt, vt poſſit, ſi XXII. vel ſit alio minori tempore natus, per tale ſtatutum in ſubſtantia dicitur correctum Ius commune, quia prohibitio non eſt ratione alienationis (iam eſt à Iure communi prouiſum) ſed eſt ratione temporis.*

*Quæ igitur erit reſponſio.*

*Dico*

*Dico quod Paulus ſecundus præfixit terminum trium annorũ,
& voluit, quòd eſſet longum tempus, vt etiam de Iure
Cæſareo erat præfinitum l. 2. ff. ne de ſtat. defunct. vbi triẽ
3 nio terminetur, & quando quid incertum, & ambiguum,
redditur certum, & clarum, non dicitur corrigi, ſed decla-
rari, exempli cauſa, de Iure veteri pubertas arguebatur nõ
ex annis ſolum, ſed ex habitu corporis. §. 1. Inſt. quib.
mod. tut. finit. l. minor. ff. de minor. ſuperuenit deinde l. fin.
C. quan. tut. vel cura. fin. qua conſtitutum eſt, puberta-
tem in maſculo eſſe in decimo quarto anno, in fœmina in
duodecimo, dicemus ne per hanc declarationem correctam
eſſe veterem legem? Minimè quidem, ſed ipſam eſſe de-
claratam, videlicet quæ ætas certa requiratur ad puber-
tatem.*

*Et quod res ita ſe habeat, probatur, quia quod dicatur lon-
gum tempus, vbi à Iure non eſt conſtitutum, ſtatur arbi-
trio iudicis l. ſi finita. §. non autem. ff. de damn. infec. l. 1.
ff. de Iure delib l. furtum. ff. de vſucap. Faber in l. licet. C.
de acquir. poſſ. & regulariter vbi tempus non eſt à lege de-
4 terminatum, remittitur Iudicis arbitrio, qui eſt miniſter
legis. l. 1. ff. de Iure delib l. 1 ff. de expilat. Dec. in c. ſedes:
de reſcrip. & ſic quod prius erat incertum, reddidit certum
Papa per hanc conſtitutionem.*

*Redeundo igitur ad rem noſtram, non corrigitur illa Clemen-
tina propriè, ſed ei in aliquo derogatur, videlicet ratione
quantitatis temporis; vbi legi eſt derogatum, nunquam di-
cetur legem eſſe correctam. l. derogatur legi. ff. de verb. ſign.
& quando adumbratum ad lucem deducitur, non dici-*

*tur corrigi.§.cumq; hoc Deo. in Proœ. Inſtit.*

5 *Sed dubitatur, an cum Papa prohibeat alienationem bonorũ, cenſeatur etiam prohibere alienationem actionum?*

*Superius nempè vidimus nunquid rei appellatione comprehenderentur actiones, iuraq;.*

6 *Videtur, quòd non, nam habemus quod prælati (vt dicebamus in præcedentibus) poſſunt remittere actiones, & per remiſſionem damnum infertur Eccleſiæ, vt per l. Legatum, ibi Iaſ. de leg. 1. ſcrib. in l. Iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ.*

7 *Hinc etiam ſi Prælatus vnà cum capitulo aliquod comiſerit delictum, Eccleſia punitur. gloſ. in l. 2. C. de fun. patrim. lib. 11. Bar. in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi.*

8 *Tamen contrarium eſt dicendum, appellatione enim bonorũ non ſolum compræhẽduntur corporalia mobilia, & immobilia, ſed etiam iura, & actiones. gloſ. in l. princeps bona. ff. de verb. oblig. ibi Crot. num. 101. Alcia. in l. fin. num. 39. C. de pact. Tiraq. diffusè in l. ſi vnquam in verb. bona. num. 8. C de reuocan. dona. Bar. conſ. 5. l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Et tametſi Abb. in c. 2. num. 3. de relig. & Barba. ad Bal. in l. 1. limit. 6. C. de vſufr. Guido Pap. & alij, vt per Tiraq. d. loco voluerint appellatione bonorum non venire iura, & actiones, quando non adeſt in diſpoſitione illa dictio generalis (omnium) vt per Bar. etiam in l. Quintus Mutius. ff. de auro, & arg. leg. Idem in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſac. & in l. Centurio. q. 3. in princ. ff. de vulg. & pupil. Guid. Pap. deciſ. 291. Dec. conſ. 40. col. 2. vol. 3. Parpa. in l. fin. num. 244. C. de pac. & ideo in confiſcatione bonorum ſi maximè adijciantur mobilia,*

*& immobilia adhuc non comprehendi aſſerebat idem Guid. Pap. deciſ. 341. col. 2.*

*Tamen repræhenduntur per Arium Pinel. in rubr. C. de bon. mater. 1. par. num. 4. Alciat. in l. meorum ff. de verb. ſig. & actiones eſſe non poſſunt ſine obligatione. §. 1. de actio. & §. 1. de oblig. & ſi iura poſſent remitti, remitterentur obligationes, & actiones; & obligationes noſtræ dicuntur*
9 *eſſe ex patrimonio noſtro, & qui remittit debitum perinde*
10 *eſt, ac ſi donaret illud, ſeu pecuniam debitam, quæ remiſſio dicitur donatio. c. veniens. de teſti. l. ſi mulier. ff. de cond. cauſ. dat ſi enim bona ex eo, quòd nos beatos reddunt, cur de actionibus. & iuribus idem non eſſe quod de alijs bonis?*

*Præterea vulgare in iure ciuili factum eſt dictum, qui actio-*
11 *nem habet, rem ipſam habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. ſi actionem videtur habere, profecto quidem concludendum eſt appellatione bonorum actionem venire, in ſimili tex. in l. is apud ſe. ff. de reg. iur. ſic amiſiſſe dicemus rem, cum illius actionem habere ceſſamus.*

*Et hinc eſt quod concedendo bona, ſeu prohibendo, ne bona alienentur, cenſentur prohibitæ actiones, obligationes, ſtabilia, & immobilia. l. mouentium. ff. de verb. ſig l. 1. §. item ſoleat. ff. de off. præfe. vrb. l. 1. ff. de vi. priua. l nomen. ff. quæ res pign. obli. poſſ. Corn conſ. 260. col 2 vol. 1.*

12 Publicatiſq; *bonis etiam actiones cenſentur publicatæ, & nomina debitorum. Guid. Pap. q. 341. & 499. l. ſi ademptis. C. de ſent. paſſ. not. in l. bonorum appellatio ff de verb. ſign. latè per Arium Pinel. in l. 1. C de bon. mater. in*

*princ. & pulcrè per Rebuff. in d.l. bonorum, pro vt latius in* ἱστούρικος *expenſarum dicemus; Namque habemus, quòd ſi quis obligauit nomina ſua, cenſetur etiam obligaſſe nomina debitorum l. nomen. C. quæ res pig. oblig. poſſ. Dominicus in c. 1. verſ. contra natoſ. de ſciſmat. lib. 6. c. fin. inf. de reb. eccl non alie. Deci. in l. qui actionem. ff. de reg. Iur. Anchar. conſ. 101.*

13 *Sed vt diffuſius orationem noſtram habeamus, dico Bona dici multis modis, nam eſt generale nomen. l. 1. in fin. ff. ſi cert. per. l. rei appellatione. 161. Alciat. de verb. ſign.*

14 *Primò pro ſubſtantia, & facultatibus l. 2. §. in actione ff. de vi bono. rapt. l. Lutius. §. 2. ff de leg. 2. & dicuntur à beādo. l. bonorum ff. de verb. ſig. & in ſacris literis illud Diui Matthei: ecce dimidium bonorum meorū do pauperibus.*

15 *Secundò accipitur bonum pro eo, quod eſt contrarium malo, & non ita ſic, hinc bona fideſ. l. bonæ fidei ff. de verb. ſig. l. bona fideſ. ff. depoſ. quo verbo deſignari ſolet purus ille, & ſimplex animus ab omni calliditate ſeiunctus l. ſi cum fundum. ff. de contra. emptio. l. ſi mandata. §. 1. ff. mand. l. medicus ff. de vari. & extraord. cogn. & bonæ fidei contractus. §. in bonæ fidei. de actio. in quibus bonum, & æquum atteuditur, vt nos loquimur, Greci autem* Επιείκεια*. l. at ſi quis. §. hæc actio. ff. de relig. l ſi mandauero. §. Iulianus. ff. mand. l. 2. §. fin. ff. mand.*

16 *Tertiò, bonum, ideſt beneficium, bonum commodum. §. quæ autem in Auct. quib. mod. nati. effician. leg. hi pc filij bona Dei appellantur, & in caſu noſtro poteſt intelligi.*

17 *Quartò pro vtilitate tam priuatorum, quàm publica. l. 1. §.*

*hæc*

*hæc actio.ff.ſi quis teſtam.lib.iuſſ.fuerit.l 3.§.ſi quis ex liberis ff.de bono.poſſ. contra tab. ſic in caſu noſtro, quia appellatione bonorum venit quæcunque vtilitas.l. 1.in princ. ff.ad Macedo & Plaut. in captiuis, Quid eſt ſuauius, quàm bene rem genere bono publico?*

18 *Quinto bonum etiam adiungitur cum æquo, & idem eſt, quod Iuſtitia. Bude. in l. 1.ff.de Iuſti. & iure, ſeu magis propriò Bonum eſt quod Philoſopus* Επιείκειαν *appellauit, videlicet emendationem, ita quod emendatio iuris ſcripti æquum, & bonum dicatur, quod facilimè apparet, ex verbis Vulpiani, Iuſtitiam nanque colimus boni, & æqui notitiam profitentes, dicimus igitur & rectius Budeo, Bonum eſſe temperamentum, ſeu emendationem iuris ſcripti, & ſic Iuſtitiæ, vnde Plato in ſuis legibus Iudex non verba legis, ſed legum latoris præcipuam voluntatem debet inſpicere.*

19 *Bonum ſæpe etiàm bona animi ſignificare patet per Alciat. in d l. Meorum. quo adducit illud Biantis dictum, omnia mea bona (inquit) mecum porto, quæ bona propria noſtra ſunt, & ſunt longe meliora, quàm corporis bona, & fortunæ.c.ex merito. c.deteriores. 6.q. 1.*

20 *Bonum & illud erit, quando etiam pro operibus bene, rectéq; factis.c. charitas. de pœnit. diſt. 2. Hinc dicimus bona facta ab homine in letali peccato perexiſtente ad vitam æternam non proficere c. nihil.de conſecr. diſt. 5. omne enim, quod ex fide non eſt, peccatum eſt, & illud. Non ſat eſt abſtinere à malo, niſi fiat bonum.c. de forma. 22. q. vlt. not. in l. illa ſtipulatione. la 2. vbi Iaſ. ff. de Verb. ſign.*

*Et illud*

*Et illud dicemus etiam, bonum aduerbialiter, vt grammatici dicunt, accipitur, ſeu interpretatur pro vtili, & deſiderabili, Hinc bonum eſt habere Iudicem fauorabilem, quando cõmunis non datur opinio, vt per Abb c. de cõſt. & in ſacris literis bonum ei erat, ſi natus non fuiſſet homo ille.*

21 *Vltimò Bonum capi poteſt pro qualibet re, qua beamur, ideſt delectamur. Plaut. in captiuis, cum denique homines noſtra intelligimus bona, cumq; in poteſtate habuimus, ea amiſimus, & quia iuribus delectari poſſumus, & beari, appellatione bonorum, vt generatim dicam, comprahenduntur omnia, quibus beamur. ita not. in d. l. bonornm. Corn. conſ. 49. & 55. vol. 3. & licèt extra propoſitam*

22 *materiam voluere Antiquiores tria bonorum genera eſſe: externa, Corporis, & Animi, ita Ariſt. lib. 7. polit. & Plato in Gorgia ſcribit huiuſmodi cantilenam in conuiuijs cantari ſolitam, optimum eſſe bene valere, formoſum eſſe, habere diuitias nulla fraude partas. Idem lib. 3. de legib. recta, inquit, diſtributio eſt, vt primò, & in primis honoranda cenſeantur animi bona, ſecundo gradu corporis bona ponantur, tertio externa, quæ ſunt fortunæ.*

*Non obſtant autem in contrarium adducta, quia dicimus aut bona iam ſunt Eccleſiæ acquiſita, & tunc Prælatus nõ poteſt alienare in fraudem Eccleſiæ, aut ſumus in acquirendis, & poteſt. gloſ. in l. ſi mora. ff. ſolu. matr. grauius enim delinquitur in committendo, quam in omittendo. gloſ. in l. 2. ff. ad Syllan. Alciat. in l. tranſigere. C. de tranſactio. Plato prius, deinde Ariſt. dixere minus malum eſſe pati*

*iniuriam,*

*iniuriam, quàm inferre, quoniam inferre iniuriam improbi hominis eſt, perpeti autem non improbi, ſed potius imbellis.*

*In acquiſitis eſt illud notabile, & memoriæ tradendum, quòd Prælatus Eccleſiæ non poteſt in compromiſſo adÿcere verba procedendi de iure, & de facto, quia Arbiter poſſet lædere Eccleſiam non admittendo probationes. Lapus alleg. 102. Abb. in c. cum tempore. in c. conſtitutus. de*
23 *tranſact. & ſi Eccleſia grauata ſit læſa, in integrum reſtituitur. c. 1. de reſtit. in integ. Immo indiſtinctè compromittere nequit, quia ex compromiſſo alienatio oriri poſſet. Abb. in c. cum tempore. de Arbitr. Dec. conſ. 43. & 29. col. 2. & conſ. 282. Card. conſ. 95. col. fin.*

*Sed dubitatur hic, quòd ſi ego emero rem Eccleſiæ, an pretium perdamus?*

*Dicamus quod ſic. c. ſine exceptione. 12. q. 2. & tex. noſter*
24 *hoc infra annuere videtur, dum inquit; liberè reuertantur, ideſt ſine onere, ſi enim Eccleſia pretium reſtituere teneretur, profectò quidem res non diceretur liberè reuerti. Sed antequam vlterius progrediamur, Videamus quid de fructibus, an emptor interim perceptos reſtituere teneatur?*

25 *Pro ſolutione illud præſciendum eſt in iure dari bonæ fidei poſſeſſorem, & malæ fidei: Malæ autem fidei poſſeſſorem accipimus non tantum furem, vel prædonem, ſed quemlibet omnino, qui prudens, & ſciens rem alienam detinet, vt qui rem aliquam ab eo, qui dominus non erat, emit, quem dominum non eſſe ſciebat. vt quia fortaſſe ſibi fuerat denunciatum, ne emeret, illeq; poſthabita denuncia-*

tione

*tione, quam iuſtam eſſe ſciebat, emerit; Malæ fidei poſſeſſorem eum eſſe non nullis reſcriptis ſignificatum eſt l. ſi fun*
26 *dum. C. de reſcind. vendi. Dicemus ergo malæ fidei poſſeſſorem teneri omnes reſtituere fructus, licèt etiam in re colenda maximas fecerit impenſas, & quantumuis diligentiſſimus fuerit. l. domum. C. de rei vendi. Corn. conſ. 275. litera. l. vol. 3. Dec. conſ. 282. num. 3. & ſeq.*
27 *vol. 1. Addamus quoque teneri non ſolum perceptos reſtituere fructus, ſed quos percipere potuiſſet d. l. domum. Canoniſtæ noſtri in c. ſi diligentis. de præſcript. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. q. 40. nu. 617. lex enim ab initio reſiſtit, neque vnquam cauſatur bona fides. Beccius. conſ. 95. per tot. aliàs enim furtis, latrociniiſq; latiſſima daretur via, in pænam itaque perfidiæ ad omnes fructus reſtituendos ſancitum eſt l. 1. §. ex die. ff. de vi, & vi arma. Abb.*
28 *in c. ſi quis. num. 6. de reb. Eccl. non alien. Quod etiam melioramentorum iacturam faciat docuit Abb. in c. ſi quis num. 6. de reb. Eccl. non alien.*

29 *Sed dicet quiſpiam, quomodo ad reſtitutionem fructuum tenetur, quando quidem Prælatus poterat diſponere ad libitum de fructibus eius, durante vita, vt ſuperius eſt dictum?*
*Exiſtimamus quæri non poſſe de perceptis, viuente Prælato, ſed de recollectis poſt eius obitum.*

30 *Sed quid ſi bona ſubeſt fides. Tunc fructus ſuos facere dixerimus: contrariorum enim eadem eſt diſciplina Iuribus vulgaribus, tamen vbicunque emerit abſque ſolemnitate*
30 *malam ſubeſſe fidem affirmabimus. Socin. Iun. conſ. 56. num. 27. lib. 2. & fructus reſtituere tenebitur, ab initio*

enim

*enim contractus fuit nullus Rebuff. de reb. Eccl. non alien. num. 103.*

*Sed ad pretium redeuntes huiuſmodi diſtinctio fieri ſolet.*

32 *Aut bona emit fide, tunc iuſto defraudari non debet pretio ſuo, non quidem à domino rei, ſed à venditore l. ſi pretiũ ibi ſcrib. C. de procurat.*

*Sed an ab Eccleſia, vel à Prælato dicimus ipſum agere poſſe?*

33 *Contra Prælatum, non contra Eccleſiam, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet Prælatus non eſſet ſoluendo; nam tunc Eccleſia teneretur, quatenus eſſet facta locupletior, licèt in hoc ſoluendo eſſet Prælatus. Auct. qui res Bal. & alij in l. Iubemus & in d. Auct. qui res. C. de ſacroſanc. Eccl. Ioan. Andr. et alij in c. ſi quis ad fin. de reb. Eccl non alien. c. 1. de ſciſ. & ibi Anchar. & ideo dum Eccleſia vult talia*
34 *lia recuperare bona, non eſt cur deponat pretium Abb. in d. c. ad audientiam nu. 4. illo tit. Rol. à Valle conſ. 7. nu. 3. lib. 3.*

35 *Aut mala emit fide, tunc in ſui pœnam amittit pretium, ita quòd non teneatur Prælatus ad illud reſtituendum, & minus ab Eccleſia, ſed Eccleſia illud ſibi acquirit. ſcrib. in l. Iubemus. C. de ſacroſanc. Eccleſ. ſi tamen iſte vti calidus, et vaſer de euictione ſibi fuiſſet ſtipulatus, tunc aget cõtra.*
36 *Prælatum pro illius recuperatione. ſcrib. in præcitata l. Iubemus arg. l. ſi fundum. C. de euictio. gloſ. in c. audientiam ibi Abb. ad fin. de reb. Eccleſ. non alien.*

*Nec quicquam facit, quod Eccleſia debeat eſſe Mater, & cultrix iuſtitiæ, & æquitatis Bal. in l. ex lege 6. q. col. 10. C. de condi. ob cauſ. idem in l. acceptam in fin. de vſur. tex in*

*c. ſi clientulus. §. ſi diuerſum de alie. feud. & quod his pro veris habitis Eccleſia uideretur locupletari cum alterius iactura, Quia dicimus hoc ita permitti in pœnam malæ fidei emptoris Fely. in c. ſi cautio col. 15. in 1. ampli. 2. reg. de fide inſtrum. & malæ fidei dicitur emptor, vbi emit non ſeruatis ſolemnitatibus de iure ſeruandis Socin. Iun. conſ. 56. num. 27. lib. 2. & hoc caſu, vt dicebamus, pretium amittit, & melioramenta Abb. in d. c. ſi quis num. 6. Natta. conſ. 631. num. 7. Hippol. Riminal. conſ. 5. nu. 71. Rol. à Valle conſ. 7. lib. 3.*

# PRETERQVAM

## In caſibus à iure permiſsis.

### *SVMMARIVM.*

1 Quot ſint caſus à iure permiſſi, vt bona Eccleſiæ alienentur.

2 Neceſſitate alienantur bona Eccleſiæ, ſeruato ordine.

3 Debitum incertum non eſt vrgens.

4 Neceſsitas non habet legem.

5 Eccleſia nõ cõuenitur vltra id, quod facere poteſt.

6 Clerico debet relinqui tantum ex fructibus beneficij, ne egeat.

7 Statutum prohibens alienationem, non habet locum in neceſſaria.

8 Res litigioſa neceſsitate vrgente alienatur.
9 Onus non imponitur eccleſię inconſulto Papa.
10 Pro redemptione captiuorum bona eccleſiæ alienantur.
11 Anima cunctis rebus præferenda.
12 Decimæ Deo perſoluendæ.
13 Decimarum fit remiſsio vrgente neceſſitate.
14 Bona clericorum ſunt pauperum.
15 Vita proximi carior bonis proprijs.
16 Statuta relaxantur in neceſſarijs alienationibus.
17 Mulier alienat dotem, vt redimat fratres, & parentes à captiuitate.
18 Præſtat pignori obligare, quàm vendere.
19 Cauſa incomoditatis alienantur bona eccleſiæ.
20 Res inutilis eccleſiæ alienatur.
21 Vtilitas eccleſię apparet conuerſo pretio in rem ſtabilem.
22 Vtile dicitur quod propemodum vtile eſt futurum.
23 Alienatio perpetua requirit cognitionem cauſæ, cui comittatur.
24 Laicus non eſt procurator ad vendendas eccleſiaſticas res.
25 Prælatus cauſa remunerationis concedit fructus.
26 Bona confraternitatum an poſsint alienari.
27 Confraternitates non dicuntur loca pia.
28 Hoſpitale an gaudeat priuilegio rei eccleſiaſticæ.
29 Hoſpitale erectum ſine licẽtia Epiſcopi non eſt religioſum.

30 Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi, gaudet priuilegijs piæ cauſæ.

31 Eccleſia deteriorata in integrum reſtituitur.

32 Eccleſiæ deterioratio ad quã ſummã conſideretur.

33 Modica læſio non attenditur.

## PRETERQVAM IN CASIBVS A' IVRE PERMISSIS.

1 *QVaritur qui ſint iſti caſus à iure permiſſi? Dicamus quatuor eſſe principales caſus.*

2 *Primus eſt cauſa neceſsitatis Eccleſiæ, vt ſi debitum vrgeat ab ipſa Eccleſia contractum. Auct. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccl. non autem ſi ſit debitum Rectoris, ita ſcrib. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. vt cum debita vrgent, ex fructibusq; ſatisfieri nequit, Auct. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. Eccl. c. nulli. de reb. Eccleſ. non alien. verbi gratia, debitum debet eſſe vrgens,*

3 *& certum d. Auct. Si enim eſt incertum, non dicitur vrgens. §. ſi quis. Auct. de non alien. aut permut. reb. iſta*

4 *enim neceſsitas legem non habet, & facit licitum, quod aliàs eſt illicitum. c. quod non eſt. de reg. iur. in anti. c. ſicut. de conſecr. diſtinct. 1.*

*Dicamus igitur quod Eccleſia hac vrgente neceſsitate poteſt immobilia dare creditori in ſolutum, vbi non fuerit ſoluendo, vel ex pretio ſatisfacere §. ſi vero. Auct. de alien. & emphyt. modo tamen res vendi poſſit, aliàs cogitur creditor in ſolutum recipere. Auct. hoc niſi. C. de ſolu-*

*tio.*

*tio.c. Odoardus. de ſolut. Iaſ. in l.2.§. mutui datio. col. 3. ad fin ff. ſi cert. pet. & ibi Alciat. eſt tamen illud verũ, & ſi bona non ſufficerent, inanis redderetur actio, Eccleſia*
5 *nempe eo fruitur priuilegio, vt vltra quàm facere poteſt; non conueniatur. ſcrib. in d. c. Odoardus. in c. olim il 2. de reſtit. ſpol. Roman. conſ. 369. num 30. ad clericumq́; ſe extendi recenſet Rom. immo ſi in clericum fiat executio (proh quàm malè ſeruatur) contra clericum in fru-*
6 *ctibus beneficij tantum ſibi relinqui debet, ne egeat. Bal. in c. contingit. de dolo, & contum. col. 7. Gemin. in c. propter debita. de reſcript. in 6. col. 1. & 2. Iaſ. in l. cunctis. de re iudica. Alex. & alij in c. propter hæc. 32. diſtinc.*
*In profanis etiam habemus, quod ſtatutum prohibens, ne fiat*
7 *alienatio abſque conſenſu conſortis, locum non habere in neceſſaria alienatione, ita conſuluit Roma. conſ. 107. Dec. conſ. 300. col. 3. Crauetta conſ. 215. col. 1. tex. in l. 1. ff. de fund. dota. l. alienationes. ff. famil. erciſc.*
*Videmus nempe (vt ſimilia ſimilibus comparemus) rem litigioſam alienari non poſſe. l. fin. C. de litigio. Tamen neceſ-*
8 *ſitate cogente alienari poſſe. Bar. Imol. & alij in l. inter quos. §. 1. ff. de dam. infect.*
*Sed quid dicemus, vrget quidem grauis neceſſitas, licebit ne aliquod onus imponere Eccleſiæ bonis?*
9 *Non licere affirmandum eſt Romano inconſulto Pontifice c. non minus. c. aduerſus. de Immuni. Eccl. & ſic ne dum alienatio, ſed cuiuſuis oneris impoſitio cenſetur prohibita.*
10 *Secundus caſus eſt cauſa pietatis pro redemptione captiuorũ. §. ſacræ. Inſt. tit. de rer. diuiſio. vel pro alimonia paupe-*
*rum,*

*rum ne fame, & frigore pereant. l. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccl. c. aurum habet Eccleſia. 12 q. 2. ibi cur tot captiui deducti in commercium ſunt, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares,*
11 *quàm metallorum: Animam cunctis rebus præferendam dicebat Imperator in d. l. ſancimus. & Bar. ibi aſſerit; tamen hoc locum non habere, vbicunque ſpecialiter eſt prohibitum per concedētem; per tex. in §. ſanctiſſimas de alien. & emphyt. quem tamen tex. locum non habere dixerim, vbicunque Eccleſia nihil aliud haberet pro redemptione facienda, quàm agrum illum, tunc alienationem fieri poſſe putarim; dicebat nempe Apoſtolus ſi hominibus placerem, ſeruus Chriſti non eſſem, vrgente neceſſitate non attenduntur huiuſmodi prohibitiones: Conſtitutum eſt iure Di-*
12 *uino decimas deo perſoluendas Eſdr. cap. 10. Deuter. cap 12. Barb. conſ. 49. vol. 3. Tamen neceſſitate vrgen-*
13 *te fiet decimarum remiſſio. arg. c. ſi quis. de furt. gloſ. in c. quicunque. 16. q. 7. ad priorem propoſitum eſt; & gloſ. in ſum. ead. cau. & quæſt. Laudatur Leuita diuus Laurentius, qui Eccleſiæ theſauros in alendis erogauit pauperi-*
14 *bus, bona enim clericorum ſunt pauperum c. quod aut. 23. q. 7. ibi non ſunt noſtra, ſed pauperum, quoniam procurationem gerimus. c. conueniamus. ead. cauſ. q. 8. c. edoceri. de reſcript.*

*Sed quid de Eccleſia tantum hoc ne dicemus? Quis enim, & leuiter facultate legali initiatus ignorat, vitam proximi*
15 *noſtri longe magis proprijs bonis diligendam? hoc docuit Alex. 3. Sum. Pont. in c. ſuſcepimus. de homicid. & in*

eodem

*eodem tit. habemus. c. ſi perfodiens; ſi gradibus ſuis ſecernitur charitas, nulli dubium magis erga proximum, quàm tranſitoria bona eſſe præſtandam, inquit ſacra pagina diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.*

*Et hinc etiam habemus, ſi ſtatutum prohibeat minorem, vel mulierem contrahere ſine certa ſolemnitate, locum non habet, ſi contrahant, vt ſe liberent à captiuitate, quia iura.*
16 *prohibentia tales alienationes, mirum in modum relaxantur pro ſe à ſeruitute vendicando. l. quamuis. & l. ſeq ff.*
17 *ſol. matr. permittitur nempe mulieri rem dotalem vendere, vt parentem, fratres, & conſimiles ab hoſtium vinculis redimat. Auct. ſancimus. C. de ſacr. ſan. Eccl. c. ſacrorum. 12. q. 2. Rom. conſ. 316. Guliel. bened. in c. Raynutius. de teſta. Tiraq. de legi. connubial. verſ. de ſon Marij. gloſ. 6. num. 272.*

18 *Et benè quidem verum, quòd ſi pignori tradi poſſent, tunc ſatius eſſet pignus obligare quàm omnino alienare, ſcrib. in c. 1. de pign. & in alienatione, & pignoris datione à benedictis incipiendũ eſt, & illis non ſat exiſtentibus, tunc ſacris, neque parcetur. Ripa in d. l. obligatione. col. pen. ff. de pign. ita Couar. Variar. reſolut. lib. 2. c. 16. num. 8.*

19 *Tertius eſt cauſa incommoditatis, vt quando res eſt Eccleſiæ incommoda, de quo tex. in c. terulas. 12. q. 2. & gloſ. in ſum. Quotus quiſque ignorat incommoditatem excuſare à pœna, nec non à præcepto? clem. fin. § quod ſi. ibi Cardin. de pœn.*

20 *Quartus vbi res eſſet inutilis, tunc Prælatus illas alienare poteſt. c. ſine exceptione 11. q. 2. c. non liceat 12. q. 2. d. c. Terulas.*

*rulas. clem. 1. de reb. eccl. non alien. l. iubemus. C. de ſacr. ſanc. Eccl. vbi ſi ſumus in refectione domus, in qua maior ſit impenſa, quàm vtilitas Eccleſiæ; præſtat quidem domum potius alienari. Auct. ſi quas. C. illo tit. ſicut enim permittitur alienatio, vt res plus commodi tribuat. c. ſine exceptione 12. q. 2. ſic permiſſa eſt alienatio, vbi plus expenditur pro reparatione, quàm deducatur. l. ſed an vltro. §. 1. ff de neg. geſt.*

*Quoad alios caſus videndus eſt Rebuff. in compendio de alienatione rer. Eccleſ. fol. 92. num. 24. & conſtabit de vti-*
21 *litate, vbi pretium conuertetur in rem ſtabilem, ita Rodulf. in repet. ſua in d. c. ſine exceptione, & Bart. in l. hoc ius porrectum nu. 17. C. de ſacro ſanc. Eccle. & inutilis dicitur res, à qua nulla percipitur vtilitas. l. 1. §. qui præſens ff. de verb. oblig. l. an inutilis ff. de exceptio. vtilior enim reddi ſemper debet Eccleſiæ conditio, vt ſcilicet quod eſt inutile, vtile, quoad fieri poteſt, reddatur. not. in c. 1. de reb. Eccl. non alien. Tamen ſi res in præſenti ſit inutilis, ſub ſpe tamen, vt breui futura ſit vtilis, non poterit alie-*
22 *nari, vt inutilis, vt per Natt. conſ. 631. Rimi. conſ. 5. quod enim propemodum vtile futurum eſt, & illud vtile dicemus, ſicut dicimus deſtinatum pro facto haberi. l. 4. ff. de fund. dotal. l. qui in utero ff de ſtatu homi.*

*Sed quæritur an conſtare debeat de cauſa? Dicamus quod ſic.*
23 *Hoſt. in d. c. ſine exceptione, quod verum, vbi agitur de perpetua alienatione, ſeu longa conceſſione, & iſta cauſæ cognitio dici ſolet, ſi in euidentem, & committi ſolet in vrbe Vicario ſanctiſſimi, extra curiam committitur Ordina-*

rio,

*rio, vel cuiuis alteri in dignitate conſtituto. Bero. in c. quæ Eccleſiarum. nu. 36. de cóſt. vt per Staphil. ſuper ſignat. fol. 288. Sarnen. in tract. breuium. num. 22. verſ. ſolet etiam concedi, vt alibi etiam latiùs dicemus.*

*His de cauſis bona Eccleſiæ ſunt vendenda; eſt abſens Prælatus, nunquid vices ſuas mandare valebit laico, vt puta ſibi amico, vt talia bona vendat?*

24 *Illud dicendum eſt nequaquam valere, nullatenus poteſt imponi laico, vt procuratorio nomine vendat Eccleſiaſticas facultates, ſeruatis etiam ſolemnitatibus de iure ſeruandis, ita dixere Butr. & Imol. in c. decernimus. de Iudi.*

*Vltimò in hac re vnum adhuc haud graue erit inter permiſſos caſus illũ annumerari. Prælatus, ſeu Eccleſia ſi aliquo fuerit munere affecta à quopiam, Prælatum poſſe renuncia-*
25 *ciationis iure vſumfructum alicuius rei concedere. c. ſi quis. de reb. eccl. non alien. datio enim huiuſmodi eſt potius ſolutio naturalis debiti. l. aquilius. ff. de dona. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. heredit.*

26 *Sed quid dicẽdum in alienatione bonorum confraternitatum? Videtur, quòd eædem requirantur ſolemnitates, nam quæ ipſis relinquuntur, dicuntur relinqui ad pias cauſas. Abb. conſ. 31. lib. 1. & conſ. 32. circa duo. lib. 2. Tiraq. latè in tit. de priuil. piæ cauſæ in princ. verſ. item relictum, qui quàm plures allegat ita tenentes Doctores.*

*Tamen contrarium tenet ibi pari ratione deducendo ſcrib. ita tenentes. Quid autem ſit amplectendum, ſub Iudice relinquit; dicerem nempe, Aut fraternitas Epiſcopi auctoritate eſt erecta, & confirmata, tunc bona alienari non*

*poſſe, nam vſui diuino deſtinata dicuntur, ſicut de Hoſpitali mox dicemus, & ſemel Deo dedicata ad humanos vſus abſque ſolemnitate conuerti non poſſunt. §. ſacræ. Inſtit. de rer. diuiſ. Aut vero eſt fraternitas abſque Epiſcopi licentia inſtituta, tunc dicemus haſce non requiri ſolemnitates, & ita procedant quæ dixit Bal. in l. id, quod pauperibus. in 21. q. C. de Epiſc. & cleri. Idem Bal. in l hoc ius per rectum C. de ſac. ſan. eccleſ. col. 2. in verſ. quæro quid. Caſtr. ibi col. 1. Fely. in c. de quarta. col. 2. de præſcript. Idem in c. 2. de foro compet. Pariſ. conſ. 34. col. 3. vol. 4.*

27 *Sic itaq; dicamus, quod iſtæ confraternitates ex ſe non dicuntur loca pia. Bal. in l ſi quis ad declinandum. col. 2. C. de Epiſc. & cler. Abb. conſ. 31. lib. 1. Corn. conſ. 119. lib. 2. Pariſ. conſ. 50 lib. 2. Gabriel commu. opinio. de pia cauſa. nam iſta loca cum valeant abſque pœna mutari, ita vt quod eſt oratorium hodie, cras fiet hoſpitium piſcatorū, non eſt mirum, ſi non gaudeant priuilegijs Eccleſiæ. Ioan. Andr. in c. ad hæc. de relig. domi.*

*Quod tamen locum non habet, vt dicebamus, vbi erectio eſſet facta auctoritate Epiſcopi, vel vbi locus iſte haberet Campanile, vt per Fely. in c. de quarta. de præſcript.*

*Sed quid in Hoſpitali?*

28 *Diſtinguendum eſt, Aut eſt priuatum; Aut publicum. Priuatum, vt eſt erectum abſque auctoritate ordinarij, po-*
29 *teſt enim quilibet ex propria domo erigere ſibi Hoſpitale, ſicut poteſt eleemoſinas facere, ſed iſte locus non erit religioſus, neque gaudebit immunitate Eccleſiæ, neque erit ſub*

*Iuriſdictione*

*Iuriſdictione Epiſcopi, & poteſt ad profanos vſus reuerti, immo profanum eſſe dicam, notatur in ſum. de Eccleſiaſt. ædif. §. nunc autem. tex. in c. inter dilectos de dona. Bal. in Auct. hoc ius porrectum. Anchar. & Card. in clem. quia contingit. Barb. in d.c. nulli col. 1. de reb. eccl. nõ alien. & in alienatione horum bonorum obſeruantur iſtæ ſolemnitates.*

30 *Si verò eſt publicum, vt puta auctoritate Epiſcopi erectum, & confirmatum, tunc iſtæ ſolemnitates requiruntur, Deo nempe per Pontifices dicuntur conſecrata. §. ſacræ Inſt. tit. de rer. diuiſ. & etiam gaudent priuilegio. c. alma Mater. §. 4. de ſent. excommun. ibi Couar. num. 2.*

*Sed quæritur ſi per talem alienationem ſit deteriorata Eccleſia, an in integrum reſtituatur?*

31 *Dicemus quod ſic, modo læſio aſcendat ad ſextam partem*
32 *veri pretij. Curt. Iun. conſ. 79. in fin. §. quia verò. in Auct. de non alien. aut permut. Auct. perpetua. C. de ſacr. ſanct. Eccle. Alex. conſ. 79. num. 6. lib. 1. c. 2 §. perpetua. 10. q. 2. ſcrib. in c. 1. de in integr. reſtit; ſi modicè*
33 *ſit læſa, non reſtituitur, quia etiam conſuetudo poteſt in modico præiudicialis eſſe Eccleſiæ. c. cæterum de dona. Abb. conſ. 45. ſatis videtur, poſt princ. lib. 1. & quia intentio noſtra eſt (ſupremo fauente numine) alibi hanc materiam reſtitutionis peragere, ideo ea omiſſa, ad reliqua pergamus.*

# AC DE REBVS, & Bonis, &c.

*SVMMARIVM.*

1 Antiquitati multa conceduntur.
2 Antiquitate inducitur conſenſus expreſſus.
3 Antiquitate præſumitur titulus.
4 Probatio ſemiplena ſufficit in antiquis.
5 Antiqua inſtrumenta probant confinia.
6 Solemnitates extrinſecæ præſumuntur in antiquis.
7 Vetuſtas veneranda.
8 Enunciatiua verba probant in antiquis.
9 Antiqua non ignoranda.
10 Athenienſes nobiliores cæteris hominibus.
11 Doctor prior gradu præfertur poſteriori.
12 In collatione antiquior doctor præfertur.
13 Antiquum pro caro.
14 Antiquum pro abſoleto.
15 Terminus variè ſumitur, prout varijs applicatur ſubiectis.
16 Antiquum quo ſpatio quid dicatur.
17 Sententia dicitur antiqua vltra duos annos.
18 Tempus modicum remittitur arbitrio Iudicis.
19 Teſtes de auditu, & fama probant in antiquis.

20 Vita

20 Vita hominis breuis.
21 Antiquũ dicitur in præſcriptione vltra tres annos.
22 Antiquum dicitur in bonis Eccleſiæ Romanæ ſpatium centum annorum.
23 Bona ciuitatum præſcribuntur ſpatio quadraginta annorum.
24 Præſcriptio dormit durante pupillari ætate, ſic vacante Eccleſia.
25 Reſtitutio in integrum expirat ſpatio quadraginta annorum.
26 In delictis quo ſpatio expiret Actio.
27 Legatum annuum expirat ſpatio centum annorum.
28 Tempus longiſsimum centum annorum.
29 Vſuſtructus terminatur centum annis.
30 Longum tempus in ſtatu hominis eſt quinque annorum.
31 Quinque annis præſcribuntur debita Fiſco.
32 Spatio viginti annorũ pręſcribũtur omnia crimina.
33 Solemnitates extrinſecæ non præſumuntur, niſi probentur.
34 Mulier ſi diu poſſedit hæreditatem, cenſetur ſeruata forma ſtatuti.
35 Conſuetudo quo ſpatio dicatur antiqua.
36 Cornelij Taciti opinio in antiquis.
37 Solitum quodnam dicatur.
38 Mercator non dicitur ex vno actu.
39 Solitum dicitur ex vno actu ſecundùm ſubiectam materiam.

40 Procu-

40 Procurator dicitur ex vno actu.
41 Verbum, Frequenter verificatur duabus vicibus.
42 Verbum, Multoties, eodem modo conſideratur.
43 Prelato an credatur aſſerenti rem ſolitam locari.
44 Inueſtituræ datur fides ob antiquitatem literę.
45 Confeſsio Prælati quando præiudicet eccleſiæ.
46 Res reuerſa ad eccleſiam conceditur ſine ſolemnitate.
47 In noua conceſsione, quid ſit attendendum.
48 Res ſemel facta alienabilis, perpetuò durat alienabilis.
49 Neceſsitate res non ſolitæ infeudari infeudantur.
50 Vrgente neceſsitate non expectantur ſolennitates.
51 Alimenta præſtantur ſecundùm tempus mortis teſtatoris.
52 Nuda pacta nõ diuiduntur, niſi reſpectu qualitatis.
53 Solitus delinquere dicitur qui bis deliquit.
54 Caſus incogitati non comprehenduntur ſub generali iuramento.
55 Iuramentum non trahitur ad non veriſimilia.
56 Quælibet diſpoſitio moderatur ex æquo, & bono.
57 Iuramenti duo effectus principales.
58 Hominis gracia cuncta creata.
59 Neceſsitate vrgente omnia communia.
60 Iurans non alienare, alienabit cauſa dotis.
61 Prælatus poteſt inueſtire de ſolitis concedi propinquos, modo ſint honeſtæ perſonæ.
62 Maior caritas erga ſuos eſt habenda.

63 Præ-

63 Præſumptio mala ex ſanguinis coniunctione.
64 Epiſcopi cæci circa Nepotes.
65 Prælatus præſumitur infeudare ſuos ex carnis affectione.
66 Legatum relictum conſanguineo diuiti, non dicitur pium.
67 Laici, non poſſunt pertractare Eccleſiaſtica.
68 Prælatus poteſt laico concedere decimam ſolitam concedi.
69 Res quando dicatur incorporata.
70 Res dicitur reuerſa, ſi Prælatus eam detinuit per annum.
71 Eccleſia laborans paupertate non debet infeudare.
72 Bona Eccleſiæ vltra tempus ex cauſa non dicuntur incorporata.

## AC DE REBVS, ET BONIS IN AEMPHYTEOSIM, AB ANTIQVO CONCEDI SOLITIS.

1 *QVia de antiquitate fit hic mentio non erit extra propoſitam materiam non nulla de antiquitate diſſerere: Pro antiquitate nempe multa præſumuntur, & multa ei conceduntur leg. admonendi ibi Bart. ff. de iure iuran. mox ad rem noſtram redire.*

2 *Antiquitas igitur operatur, vt ſcientia, & patientia diutina* *inducat-*

*inducat conſenſum expreſſum. Alex. in l. 2. §. voluntatem in 2. col ff ſol. matri. Immo ex antiquitate titulus præſumitur. Bal. in l. cum de in rem verſo in 3. col ff. de vſucap. quin & illud inductum etiam, quando verſamur in antiquis, ſemiplenæ ſufficiunt probationes. Bal. in Auct. quas actiones. in vlt. col. C. de ſacr. ſanc. eccle. in l. inſuper. C. de rei vendica. in c. veniens. de verb. ſign. Antiquitate etiam aliquid indubitanter nos ſcire affirmare valemus. l. in ſumma. §. idem Labeo ff. de aqua plu. arcen. glo. in c. omnibus. in prin. 2. q. 5. & in c. beati 2 q. 7. Quin &*
*illud communi calculo ab omnibus receptum eſt, quòd con-*
5 *finia per antiqua probentur inſtrumenta. Salic. & alij in l.*
*cum aliquis. C. de Iure delib. Immo tametſi ſolemnitas ex-*
6 *trinſeca non præſumatur. l. quæcunque. §. vlt. ff. de publi. in rem actio.*

*Tamen fallit propter temporis diuturnitatem. l. ſi filius familias. C. de peti. hæredi. ſcrib. in c. cura. de Iure patro. memoriæ prodidit antiquitatem vim legis habere. Bar. in l. 1. §. denique ff. de aqua plu. arcen. facit l. illa reſtitutio ff. de hæredib. inſt. Tempus etiam, de cuius initio memoria non extat, vim legis obtinere iam diu receptum eſt. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſig l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.*

7 *Et Antiquitatis venerandam vetuſtatem eſſe dicebat Imperator in Auct. de appell. ſicq; alibi antiquiora præferenda. l. 1. ff. de albo ſcrib. gloſ. in rubr. Inſtit. tit. de Iuſt. &*
8 *iure. Enunciatiua uerba nequaquam probare nulli dubium*
*eſt; tamen in antiquis probant. Bal. in Auct. quas actiones.*

*nes. in vlt. col. C. de ſacroſan. eccle. & l cum ſuper. C de rei vendi.*

9 *Dicamus igitur antiqua non ignoranda §. 1. Inſt. tit. de uſ. a. & illa haud ſpernenda. l fi. §. ſed quia C. de iure deli b l. lege. C. de legit. hæred. l. more ff de iuriſdictio. omn. Iudi. Neque id iniuria quidem, ratione enim naturali quis dicitur dignior altero, vt puta, origine Domini. poſt gloſ. in c. 1. diſtin. 1. Fely. in rubr de maior. & obed. col. 3 & quod primum eſt adinuentum alteri præferendum eſt. l. 1 ff de acquir. rer. domi. § fin. Inſt. tit de iure nat. gen. & ciui hac*
10 *de cauſa Athenienſes ſe maximè nobiliores cæteris homi nibus eſſe præſeferebant, vt qui ex patrio limo creatos dicti tarent, reticulaq; non nulla præ fronte vnà cum cicadis geſtabant, vt illæ à terra ſeſe procreatos annuerent.*

11 *Hinc habemus priorem Doctorem gradu ſcilicet, non ætate præferendum poſteriori Nicolaus de Neap. in l. 1 C. de conſulib. lib. 10. Dec. in l cum quid. ff. ſi cert. pet. & conſ. 161. col. 1. & Purpur. in l procurator C. de edendo. Signor. de Homod. conſ. 23. num. 19. per. §. ſingulorum. de rer. diuiſ l. fin. de fide inſtru.*

*Hinc illud tenendum putarim in concurſu ad Eccleſiaſticum beneficium ſi duo Doctores, ſeu Theologi æquè fuerint approbati, æquè vitæ, & morum bonitate florerant, quo caſu ex ſacro Trident. concilio penes Epiſcopum reſidet, cui ma gis gratificari velit, tamen ſi alter doctorali laurea prius*
12 *fuerit honeſtatus, hunc præferendum auſim affirmare, qui in dignitate eſt prior; cur etiam non potior? c qui prior. de reg. iur. in 6. turpe quidē eſt Iuuenes præferri antiquioribus.*

c. *ſtatuimus.61. diſtin.*

13 *Antiquum pro caro, & grato accipitur. Sueton. in vita Vitellij cap. 15. vocata concione iurauit, coegitq́; iurare cæteros, nihil ſibi antiquius quiete publica fore.*

14 *Aliquando antiquum accipitur pro ab ſoleto, & vt Gellius vocat exculcato verbo in oratione, & eſt tex. etiam in l. 2.§ poſt hoc quoque tubero.ff. de orig. iur ibi ſermone etiã antiquo vſus affectauit ſcribere, & qui talibus delectantur vocabulis, Antiquarij appellantur, vt Gellius ibi.*

*E diuerticulo vt igitur in viam redeamus, ponitur hic ſecundus caſus, qui excipitur ab hac conſtitutione, videlicet quã do antiquitus res in Emphyteoſim dari ſolita eſt, cum autem ab antiquo loquatur tex. videamus quomodo intelli-*
15 *gatur iſte terminus, & quia non eſt abſurdum, vt terminus aliquis variè prædicetur, pro ut varijs applicatur ſubiectis.arg.§. eſt & aliud inſt. tit.de dona.ideo ſecundùm diuerſitatem ſubiectorum Antiquum dicitur quid diuerſimodè, ſed breuiter diſquiramus.*

16 *Aliqui ſpacio 10. vel 20. annorum. ſcrib. in c. 1. & 2. de ſepult. in 6. ibi Archid. Gemin.in 1.q.Franc.col.2. ſicut dicimus de longo tempore.*

*Aut ſumus in materia probationem, quia in antiquis leuiores requiruntur probationes, vt admonet Aym. de antiq. tempo. in princ. Tunc quidam ab antiquo dici 40. annorum, vt dicatur tempus antiquum. Butrius in c. veniens. il 1. de teſti. Alex. conſ.4.col.5.lib.2.& conſ.87. & conſ.187. col.2. Socin. conſ. 106. lib. 3. Aym. d. loco num. 3. qui plures ita tenentes allegat.*

17 *Alij*

17 *Alij vltra duos annos, nam ſententia tunc dicitur antiqua. Hoſt. & ſcrib. in c. cum inter de re iudi. in verſ. ſententia: Ioan. Andr. in c. clerici. de vita, & honeſt. cleric. Hoſtië. in c. in præſentia. de renunc. Berta. conſ. 232. num. 2. Decia. reſp. 18. num. 210. vol. 1. quod relinquatur arbitrio Iudicis, licet verſemur in materia probationis. Butri in c. quoniam. de proba. Idem in c. illud. de præſump. ſicut di-*
18 *cimus, quòd modicum tempus remittitur arbitrio Iudicis. Ripa in l ſi Inſulam. num. 35. Alex. nu. 15 ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 146. Menoch. de Arbitr. Iudi. caſu 7. lib. 2. centur. 1. Cephal. conſ. 25. Aym. d. loco qui diffusè. Quod requiratur ſpacium vltra nonaginta, vel centum annos, & iſta eſt magis communis opinio. Innoc. in c. veniẽs. de verb. ſign. Alex. Iaſ. in l. cum aliquibus. C. de Iure delib. ibi Iaſ. etiam nu 7. Crauetta de Antiq. tempo. in prin. fol. 3. & 4. qui de communi atteſtatur num. 5. Dec. in l. cũ aliquis. ibi etiam Iaſ. C. de Iure delib. Bal. in Auct. quas actiones. C. de Epiſc. & cler. Guido Pap. deciſ. 193. & conſ. 88. Dec. conſ. 638. num. 6. Alex. conſ. 6. vol. 1. conſ. 208. vol. 2. Decia. reſp. 21. num. 28. lib. 1. & iſta procedit in materia probationis, vt de auditu, de credulitate. Barba. conſ. 43. col 2. in 4. vol & de communi atteſtatur Cagnol. in l. velle ff. de reg iur. & teſtes de audi-*
19 *tu, de fama etiam probant. Aym de Antiq. tempo. 1. par nu. 4. qui plures allegat, tenet tamen ibi quòd licet ſpacium 40. annorum non dicatur de antiquo, tamen tale tẽpus operatur, vt admittatur facilior probatio, & hoc tenuit Dec. in c. 1. de probatio. col. 4. & Siculus num. 6 Idem*

*Ay n. quod ſpacium quadraginta annorum ſufficiat ad probandum vbi non ageretur de magno præiudicio.*

*Alij tenuere quod longum tempus hodie debeat per Iudicem æſtimari ſpacium 60. vel 70. annorum, conſiderata bre-*
20 *uitate vitæ hominum, ita dicebat Socin.conſ. 89. num. 7. vol. 1. Federic. Sot. lib. 1. reſp. 3. num. 3. vol. 2. Crauetta conſ. 108. num 2. vol. 1. Ruin. conſ. 92. num. 10. vol. 4. Menoch. conſ. 2. num. 309. vol. 1. quid ergo dicendum?*

*Breuiter talem firmam concluſionem conſtitui poſſe exiſtimo. Aut verſamur in præſcriptionibus, aut præſumptionibus, aut in conſuetudine.*

21 *Si in præſcriptionibus antiquum dicitur vltra tres annos in mobilibus rebus, quo tempore res præſcripta dicitur. l. vni C. de vſucap. tranſ. §. 1. Inſt. tit. de vſucap. l. vlt. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. vbi enim tranſactum eſt tale tempus, res dicitur præſcripta, & ad eum effectum longum dicitur tempus d. rubr. de vſucap. & long. tempo. præſcrip. quod idem in re mobili dicemus; Idem nempe eſt effectus, vt infra à vi nominis arguemus.*

*Si verò ſumus in re immobili ſpatium decem annorum inter præſentes, & xx. inter abſentes partiemur. d. l. vni. & l. fin. Quid autem in rebus Eccleſiæ?*

22 *Tunc illud præſtitutum in bonis Eccleſiæ Romanæ antiquum dici ſpatium centum annorũ. l: vt inter diuum. C. de ſacr. ſan. Eccle. Doct. in Auct. quas actiones. In alijs autem Eccleſijs erit ſpacium 40. annorum. ſcrib. in d. l inter Diuum.*

*Sic eodem 40. annorum tempore erit præfinitum quid ſit antiquum*

*tiquum in præſcriptione rerum ciuitatis; ſed quid in rebus*
23 *fiſci fuit ſancitum; videlicet quòd ſpacio gaudeat 30. vel 40. annorum. l. omnia. C. de præſcript. 30. vel 40. anno.*

*Tamen non nulli connumerantur caſus, in quibus antiquitas locum habere valeat, vti ſpatio centum annorum.*

*Primus ille erit vbi quid eſt relictum fiſco.*

*Secundus ſi quid ſit donatum.*

*Tertius ſi ex venditione aliquid acceſſerit fiſco d. l. inter diuum. ſcrib. in §. res fiſci. Inſt. tit. de vſucap. vel verſamur in perſonis, quæ ex ſe agere nequeunt, vt vxores, & pupilli, filijfamilias, tunc nullum tempus antiquum currere dicendum erit, niſi data occaſione, vt ipſi agere poſſint, vt puta per mortem mariti, per maiorem ætatem, nam du*
24 *rante pupillari ætate dormit præſcriptio. l ſicut. C. de præſcript. 30. ann l. bonæ fidei in princ. ff. de acquir. rer. domi. l. 1. §. vlt. C. de anna. excep. §. 1. Inſt. tit. quib. alien. licet vel non. ſic vacante Eccleſia contra ipſam nulla currere poteſt præſcriptio. c. placuit de præſcrip. ſin autem antiquum reſpiciat actiones, dicimus 30. annorum dici antiquum, per id enim tempus expirant actiones. l. omnis C. de præſcrip. 30. vel 40. anno.*

*Sed quid in promiſſione pactorum, vt puta conuentum eſt de retrouendendo?*

25 *Tunc ſpacio 30. annorum, & 40. ad hoc vt non detur in integrum reſtitutio, & penitus excludatur ille, nõ refragante, quòd quandocunque redimere poſſit, ſpatium erit 40. annorum. Angel. conſ. 55. Anchar. conſ. 131. Iaſ. in l.*

*petens.*

*petens.col.4.C.de pact. vide Gabriel.de praeſcrip.concluſ.6. in princ. & eſt pulcra deciſio Bero.deciſ.182.*

*In delictis autem hoc etiam dicemus, vt temporis curſu ceſſet ipſorum actio, quod quidem tempus antiquum dici poteſt.*

26 *Antiquare enim idem eſt, quod auferre, de medio tollere. Cic. de legib. Vos demum (vt video) legem antiquaſtis ſine tabella, ſic de offi. Philippus legem Agrariam tulit, quam tamen antiquari paſſus eſt.*

*Sin autem ſcire oporteat, ſi fuerit legatum annuum relictum,*

27 *quo tempore extinguatur? ſpacio centum annorum terminari edocuit Marcel. in l.cum erat.ff. de annu.leg. Alex. in l.2.ff.ſol. matr. Idem conſ.60.col.1.& 2.vol.1.ea ſci*

28 *licet ratione, quia longiſſimum hoc dicitur vitae hominis ſpatium, atque tempus. l.fina.C. de ſacroſanc. eccleſ. Vnde Poeta. centum errant annos, volitantq; haec litora circum, & haec vera, vbi contractus (generaliter loquamur) non eſt ad haeredes tranſmiſſibilis. Innoc.in c.de multa.de praeben.c paſtoralis.7.q.1.ſic ſi nobis tractare contingat de*

29 *vſufructu, centum annorum ſpacio terminari affirmabimus, ne eueniat proprietatem perpetuò inutilem eſſe. l ſi vſusfructus ff. de vſufr. leg. arg. l.antiquita.C. de vſufr. Calder. conſ.17.de verb.ſig. Bal conſ.372.vol.4.*

30 *Si itaque verſamur in quaeſtione ſtatus alicuius, longum tempus, ſeu antiquum dicetur quinquennium; quia eo elapſo tempore, vltra vexari nequit à die ſcilicet obitus eius. tex. eſt in l.is quem.C.ne de ſtat.defunc. & ita loquuntur omnes leges illius tituli, ſicq; intelligi poſſunt Doctores illi aſſerentes longum tempus eſſe ad quinquennium.*

*Pari ratione ſi verſemur in accuſato ob perpetratum adulterium, niſi infra quinque annos à die commiſſi delicti delatum fuerit eius nomen, inchoatumq́; iudicium ampliùs vexari nequit, ita Iuriſconſultus in l. quinquennium.ff. de adult.*

*Sic etiam alio in caſu longum tempus quinquennium dicetur; fac enim commiſſum eſſe delictum, bona fore per fiſcum capienda, tamen ſpacium quinque annorum elapſum eſt, & fiſco cordi non fuit illa ad ſe trahere, num amplius valebit?*

31 *Euitum eſt non valere, quod quinquennium intelligi debet incipere à die factæ confiſcationis. Bar. Bal. in l. commiſſa.ff. de publica. & vectigalib. Barba.conſ. 70. col. 24. vol. 4. notatur in l. 2 C. de Apoſta. Alex. conſ. 316. ponderatis. col. 2. vol. 6. Hyppol. de Marſil. ſing. 307. bona delinquentis.*

32 *Si vero generatim loquamur, dicimus viginti annorum ſpatio tolli omnia crimina, ita quod de illis delinquens perturbari amplius non poſſit, ſiue pœna ſit corporalis, ſiuè cuiuſuis alterius generis. l. querela. C. de falſis. gloſ. Bal. & cæteri. in c. cum venerabilis. de except. ſunt & alij caſus, quos conſultò breuitati ſtudendo ſilentio inuoluimus, ideo ad alia conuertatur oratio noſtra.*

*Secundum propoſitum fuit in materia præſumptionis, circa quod diſtinctè procedendo pedem ſic tutò figamus: Aut verſamur in caſu, vt ſolemnitatẽ aliquã intercẽſiſſe dignoſcendum ſit, tunc dicimus ad præſumendam ſolemnitatẽ extrinſecam requiſitam in contractu Eccleſiæ, vel minoris,*

*ris, ſufficiat longe minus tempus, & ſatis eſſe ſpacium decem annorum. tenebat Bal. nouel. in l. 1. ff ſol. matr. nu.*
33 *125. licèt ſolemnitates extrinſecæ non præſumãtur, niſi probentur. Alex. conſ. 17. viſo col 3. vol 4 tamen vt dicebamus, fallit vbi adeſt temporis longinquitas, quia omnia præſumuntur ſolemniter acta. Socin. conſ. 15. viſis: col. 14. vol. 1. ſic ſi mulier poſſederit diu hæreditatem, præ*
34 *ſumitur adiuiſſe cum auctoritate à ſtatuto requiſita Bal. Ang Imol. Aret. in l. qui in aliena ff de acquir. hæred. Barba. in c. requiſiſti nu. 29. de teſt. Fely. in c. Albericus. de teſta ſic in aditione hæreditatis, quam facit filius, patris iuſſus requiritur. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acquir hæred. & tamen ex temporis diuturnitate præſumitur. l ſi filius. C de petit hæred.*

*Diximus quòd nam dicatu antiquum in materia præſcriptionum, ſuccedit modo vt videamus quid in conſuetudine. Aym Crauet. de ant. tempo. 2. par. ver. abſolutis nu. 1.*
35 *recenſet Doctores tenuiſſe ſpatium eſſe centum annorum. Fely in c. ad audientiam col. 8. in fin. verſ. limita quinto, & latius ibi per ipſum.*

*Gloſ. autem in c. cum nobis. in verſ. centum. de præſcrip. tenet ſat eſſe, ſi memoria in contrarium non extat: In hoc pari ratione exiſtimarem Iudicis arbitrio relinquendum eſſe, vt per Decian. conſ. 24 i nu. 3. vol. 1. Abb. conſ. 83. num. 8. Gabriel in concluſio. de præſcript. lib. 5. concluſ. 1. nu. 30. & 31.*

*Sed latius deducendo quid in humanis rebus antiquum dicemus?*

36 *Opti-*

36 *Optima videtur reſponſio Corn. Tacit. in dialago an ſui ſæculi oratores, & c. qui talia refert verba: ſed hoc primum interrogabo quos vocetis antiquos, quam oratorum ætatem ſignatione iſta determinetis, paulò poſt quod ſpatium (videlicet C.C.C. annorum) temporis, ſi ad infirmitatem corporum noſtrorum referas fortaſſe longum videatur, ſi ad naturam ſæculorum, & reſpectum huius immenſi æui per quã breue, & in proximo eſt.*

*Subſequitur vt videamus, quomodo res dicantur ſolitæ concedi?*

37 *In primis dicemus ſolitum dici, quod pluries obſeruatum eſt. §. paucorũ. Inſt. tit de rer. diui. l in lege. §. igitur ff. de verb. ſig. l. ſi quis donaturus ff. de vſufr. l ſolet. ff. de ferijs hinc eſt,*
38 *quod ex vno actu Mercator quis non dicitur, multitudo enim actuum requiritur. l. 1. §. 1. ibi cum gloſ. ff. de trit. not. in l. Legatis ſeruis. in princ. ff. de leg. 3.*

39 *Aliquando prædicatur de vno actu ſecundum ſubiectam materiam. l. fin. §. ſed quia. C. de iure delib. Bar. in l. Mela. ff. de alimen. & cibar. leg. & de communi Caſtren. in d. l. Mela. §. ſed ſi alimenta. num. 4. Dec. conſ. 441. num. 2.*
40 *Ruin. conſ. 35. num. 3. lib. 1. videmus procuratorem dici ex actu vno, tutorem, Imperatorem; Regem, qui tamen non ſoliti eſſe poſſunt, tueri, imperare, regere, vt dicebat Bart. in l. legatis ſeruis. ff de leg. 3. Poſſumus dicere in officijs, quæ quis habet à ſe ipſo, vnus actus non ſufficiat, aliàs ſequeretur quod omnes eſſent Mercatores, quod abſurdiſſimum eſſet; ſi vero ab alio hoc habeant, ſecus dicendum, vt in procuratore, tutore, & ſic de alijs.*

*Ad rem autem noſtram dicimus, quòd requiritur bis ſaltem fuerint conceſſæ ſpatio quadraginta annorum. ita dicebat Alex. conſ. 8. num. 8. lib. 3. conſ. 5. num. 2. lib. 4. Decius conſ. 142. vol. 1. in 3. col. num. 4. ad finem, & allegat Bal. Imol. Alex. in locis per eum citatis. Iaſ. conſ. 155. col. pen. lib. 2. & Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. pag. 246. §. item alio caſu. num. 7. Laudenſis c. 1. Qui feud. dare poſs. num. 73. ſolita infeudantur modo hoc ſolitum ſit rationabile, & non damnoſum Eccleſiæ, & res ſaltem per 40. annos, vt diximus, infeudata ſit, & bona fides requiritur ex parte recipientis. Iacob. de Bellouiſo, & Præpoſi. in c. 1. qui feud. dar. poſs. & ſic ſolitum dicitur, quod bis ſortitum eſt effectum.*

41 *Sic etiam dicere ſolemus de verbo, Frequenter, quod enim ve-*
42 *rificatur duabus vicibus, ſiue de verbo Multoties, gloſ. in c. Monaſteria. de vit. & honeſt. clerico. Georg. in repetitione. Clem. ſæpe col. 1. in princ. de verb. ſign.*

*Illud tamen vnum pro firmo erit, ſi prima inueſtitura fuerit approbata per Papam, non requiritur ſpacium 40. annorum. Bal. in Auct. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanc. eccl. Zaſ. in tract. de feud. qui feud. dar. poſs. in prima regula ad finem.*

*Sed quid ſi fiat infeudatio, & Prælatus dicat in inueſtitura rem ſolitam eſſe infeudari, an credatur aſſertioni ipſius?*

43 *Dicamus quod non arg. l. qui teſtamentum. de probatio. l. cum quis. §. Titia. ff. de leg. 3. quia in fraudem præſumitur, & verba enunciatiua non probant inter eos, qui diſponere non poſſunt. l. ſi forte. ff. de caſtr. pecul:*

*Quod*

*Quod ampliatur licèt vnà cum Capitulo Epiſcopus infeudaret. l. iubemus.C. de ſacroſan. Eccl. c. 1. de reb. eccl. non alien.in 6. Bart.in Auct.hoc ius porrectum.C.de ſacr.ſanc. Eccle.*

*Fallit tamen vbi ex inueſtituræ tenore hoc appareret, & literæ adeo eſſent antiquitate affectæ, vt appareret iam diù fuiſſe exaratas, quia ob antiquitatem daretur fides inueſti-*
44 *turæ, quoniam præſumentur omnia ſolemniter acta eſſe. arg.l. ſi filius.C. de peti. hæred. Cyn. & Bal. in l.Emancipatos.C.de fid. inſtrum. not. in c. ſi Papa.de priuil.in 6.*
45 *Adhuc & alium caſum adducemus, quo quidem Prælati confeßio Eccleſiæ præiudicium inferre ſolet, vt quando præter mandatum ſibi à lege conceſſum etiam aliqua præcederet cauſa ad eam rem præ ordinata, facit.c.fin. de confeß. ita Sarmi. ſelect. interpre. lib. 3. num. 10. cap.2. Bal. in l. Iubemus ad fin.C. de ſacr.ſanc. eccl. & vbi res Eccleſiæ eſt ſolita concedi, ſi reuertatur ad Eccleſiam pro-*
46 *pter generationem finitam, poteſt de nouo concedi ſine ſolemnitate. tex. in c. 2. de feud. Card. conſ. 2. ſub tit. de feud. Caſtr in auct. præterea.C.de ſacroſanc eccl. Rimin. Iun. conſ. 32.vol. 1. paßim omnes ſcribentes in c. 1. Qui*
47 *feud. dar. poß. tamen in noua conceßione facienda debet attendi quod ſolitum eſt, nam ſecunda conceßio non poteſt alterari niſi ſecundùm priorem formam, ſi prior eſt ad tertiam generationem, & in ſecunda dicitur pro deſcendentibus omnibus; hæc reſtringitur ad priorem. Bar in Auct. Qui rem.C.de ſacr.ſanc. eccle.num.7. Couar. variar. reſol.lib.2.c.16.num.4. Bero.conſ. 88.num.7.8.lib. 1. &*

Cc 2 res

48 *res ſemel effecta alienabilis perpetuò durat alienabilis. Bar. in l. pater. §. is ff. de leg. 3. Curt. Iun. in tract. de feud. in 2. par. in princ.*

*A contrario ſenſu non ſolita non poſſunt infeudari per Prælatos inferiores à Papa c. 1. Qui feud. dar. poſſ. ſcrib. ibi. Abb. in d. c. vt ſuper. Clem. 1. ibi not. illo tit. ſcrib. in l. Iubemus. §. ſacræ. C. de ſacroſanc. Eccle.*

49 *Fallit vbi Eccleſia neceſſitate laborat, tunc poteſt rem non ſolitam infeudari infeudare c. noſtram. de reb. eccl. non alien. Bellouis. in c. 1. qui feu. dar. poſſ. qui allegat Archidiac. in præcitato. c. terulas. Neceſſitas enim, vt dicebamus, legem non habet. c. breui. ibi gloſ. de iureiuran. l. ſi quis filio. ff. de inius. teſt. & eo etiam caſu ſolemnitates fore adhibendas dicemus, de quibus in Extrauag. noſtra. & in c. nulli. de reb. eccle. non alien. niſi tamen adeo calcaribus vr-*
50 *geret neceſſitas, ita quod operæpretium eſſet omnes à legibus adinuentas ſolemnitates deſerere. Bal. ita dicebat in c. 1. qui feud. dar. poſſ. nõ eſt verendum actum valere etiam forma non ſeruata. vbi imminet neceſſitas. Alex. & Soc. in l. 1 ff. de lib. & poſth. Bal. in rub. C. de fide inſtr. col. 8. num. 23.*

*Unum ad hanc rem addere non grauabimur. Quis ad aliquid agendum dicitur ſolitus ex vno etiam, tantum actu, ita adnotabat Ang. in l. 1. C. quomo. & quand. iud. mouebaturq́; ad id aſſerendum per tex. in præcitata l. Mela ff. de alimen. & cibar. lega. ibi Modeſtinus inquit: ſed ſi alimenta, quæ viuus præſtabat, reliquerit, ea demum præſtabuntur, quæ mortis tempore præſtare ſolitus erat. hocq́; ſe-*

*cutus*

*cutus eſt Dec. con.4. ad fin. vol. 1. & conſ.222. vol. 2. colum. 5. nihilominus vereri videtur in rubr. de conſuet. & optimo quidem iure, vt mox dicemus, immò Bar. memoriæ tradidit ſe de hac re certam nunquam ſumpſiſſe ſententiam in d.l. 1. & tam & ſi nonnulli atteſtentur hoc noſtrũ verum eſſe, quia in alimentis verſamur, tamen nos dicimus ſimplicem actum, vel duos, vel tres, ſed plures in d.l.*
52 *Mela conſiderari, quæ enim nuda ſunt facta, licèt non diuidantur. l. ſtipulationes. non diuidũtur. ff. de verb oblig. l.4. §. Cato ff. illo tit. quis enim ſanæ mentis dicet vnquam aliquid dare, facere, ire, agere & ſimilia facta expediri poſſe pro indiuiſo? hoc nempe refragatur. l. viæ ff. de ſeruit. Tamen dicimus diuiſionem recipere reſpectu qualitatis. l. ea quæ. C. famil. erciſc. arg l.2. §. 1. ff. de verb. oblig. vſus ſeruitutis nunne temporibus, & menſuris ſecernitur in partes diuiſus. l. arbor. ff. commun. diuid. l. via ff. de ſeruit. vt Bar. in d.l. Stipulationes deducebat. præſtatio alimentorum eſt merum factum, hoc non ire in plures vices ſecerni poteſt, immo ſecernitur, ſic ibi ſolitus erat pluribus ſcilicet vicibus.*

*Neque negotium facit, quatenus de ſuprema ſolita mortis tẽpore, præſtatione ibi ſit mentio, eſſe enim poteſt, vt dum ægrotaret, dum ſpiritũ etiam ageret et bis, ter, quater fuerit nutritus, & ſic ſolitum illud conficitur, dicamus & ſemel; Tamen conſideratis retro actis vicibus ſolitum erit; quæ verò qualitas ſit attendenda, tunc hæc vltima; ſolitum procedit diuerſimodè, quale autem poſtremò aperitur, & ita intelligemus tex. illum; neque verum quod ſpecialiter,*

ibi

*ibi loquatur alimentorum gratia, vt Ferrarienſ. & cæteri
exiſtimauere in d.l. 1.*

*Poſtremò in criminalibus, & quis dicatur ſolitus delinquere,
53 qui bis etiam tantum deliquit. Bal. in l. 3. C. de Epiſc. au-
dien. num 5.*

*Ampliatur huiuſmodi dictum licèt Prælatus iurauerit non
alienare bona Eccleſiæ inconſulto Papa. Seiſell. in c. 1 Qui
feud. dar. poſſ. ſub huiuſmodi enim iuramento non compræ
henditur talis conceſſio noua, quã ſub alienationis nomine
nequaquam venire certiſſimi Iuris eſt, ſpeciales enim caſus,
54 & incogitati nunquam compræhenduntur ſub generali Iu-
ramento. Cur. Iun. conſ. 141. habita diligentia col. fin. nu.
22. vol. 2. Hyppol. Riminal. conſ. 72 num. 23. 24. lib. 1.
non quidem veriſimile eſt, quòd ſi Prælatus hanc præuidiſ
ſet neceſſitatem, quod ita iuraſſet, & ad non veriſimilia
55 iuramentum non trahi iure receptum eſt. tex. in c. cum iura
mento. ibi gloſ. de homici. Tiraq. latè in l. ſi vnquam. in
præfat. num 171. cum præced. & ſequen. C. de reuoc. do-
na. & diſpoſitio quantumuis generalis non trahitur ad ea,
de quibus veriſimiliter non erat ſpecialiter diſpoſitum us. l.
obligatione. ff. de pigno. Angel. conſ. 249. col. pen. immo,
56 & illud addemus quamlibet diſpoſitionem trahi debere, et
moderari ex æquo, & bono. l. qui æquitate, ibi gloſ. C. de do.
mal. except. tex. in l. 2. §. penul. ff. ſi quis caut. Ariſt. 5.
Ethic. cap. 10. Nec quicquam faciunt prodita per Soc.
conſ. 66. vol. 1. num. 3. videlicet duos eſſe effectus princi-
57 pales iuramenti; Quod firmat actum à lege poſitiua pro-
hibitum; Alterum vt tranſgreſſor puniri poſſit, hoc idem*

annuere

*annuere viſus eſt Pariſ. conſ. 68. vol. 1. num. 55. quia illa quidem vera, vbi ſine peccato ſeruari, quod eſt iuratum, poteſt, ad hæc de iure poſitiuo, ſed neceſſitatis cauſa homi-*
58 *nis gratia cũcta creata ſunt, dominabimini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & omnibus animãtibus, quæ ſunt ſuper terrã in ſacra pagina, & hac neceſſitate vrgente exiſtima mus. §. ſanctiſſimas de alien. & Emphyt. ſi neceſſitate vr*
59 *gente omnia communia eſſe aſſerimus, cur non dicemus eadem prædominante, & ſpeciatim prohibita alienari poſſe?*
60 *Vnde iurans non alienare certos fundos, poterit tamen aliena re in cauſam dotis, ſi non habet vnde eam aliunde præſtet. arg. Auct. res quæ. C. ad l. falci. ſic idem conſtituendum di cunt vbi eſſent regalia infeudari ſolita, quia & de ipſis diſponere poteſt Prælatus, vt ibi, & illud addendum, vt de*
61 *talibus rebus ſolitis inueſtiri poſſit Prælatus inueſtire propinquos ſuos, & conſanguineos, Seiſel. in d. l. pag. 104. Feder. de Senis. conſ. 52. Menoch. conſ. 18. nu. 19. verſ. non obſtat. vol. 1. modo honeſtæ ſint perſonæ gloſ. in c. decenter. 89. diſtinct. c. non ſatis. 88. diſtinct. Abb in d. c. & ſuper de communi Iacob. de Bellouiſo in c. 1. qui feud.*
62 *dar. poſſ. Quis enim ignorat maiorem charitatem, & pietatem in ſuos exercendam fore, quam in extraneos? c. non ſatis. 86. diſtinct. prout ſupra dictum fuit, Tamen operæ pretium eſt, quod ceſſet omnis ſuſpitio fraudis. vt per Bal. in c. 1. ſi de inueſtit. lis oria. inter domin. & Vaſal. & ibi Aluar. Federic. de Senis. d. conſ. 52. Imol. in c. vt ſuper. num. 18. de reb. Eccle. non alien. alìas vt infra dice-*
63 *mus præſumptio eſt pro conſanguineorũ affectione. tex. in c.*

*quiſquis.*

*quiſquis.12.q.2. c.in canonibus.16.q.1. Fulgeſ.cõſ.220. & iam in omnium ore factum eſt tritum, & commune di*
64 *ctum, Epiſcopos circa Nepotes, & conſanguineos cæcos eſ-ſe.Bal.in Auct quicũque.C.de ſacroſan.Eccl.Iaſ.in vſib. feud. tit. qui feud. dar. poß. ante num.14. & ideo voluere ſcribentes noſtri, ſi Epiſcopus conferat beneficium alicui retenta penſione pro nepote, qui ratione ætatis curatum beneficium habere nequit, præſumitur impoſita, ſeu reſeruata per fraudem, niſi de cauſa appareat. Anchar. & Card. in c. extirpandæ.§. qui vero de preben. faciunt dicta Bar.in repet.l. locationes in 3.q. in princ.ff. de Iuſt. & iure. & tales penſiones in dubio cenſentur in fraudem conſtitutæ.tex. in d.c. extirpandæ. §.qui vero. Fely. Abb. Imol. in c. ad audientiam. de reſcript. ſed ad propoſitam materiam dicimus, quòd poteſt pauperibus conſanguineis largiri pro victu, & veſtitu tantum, modo ſit ſine damno Eccleſiæ c.non ſatis.86. diſtinct. c. quiſquis. de reb. Eccle.non alien.non autem ſi diuites ſint, tunc enim peccaret Prælatus.c. Epiſcopus.41. diſtin. Concil. Trident. ſeß.25.c.1. de reformat. quinimo, & illud adiciendum erit diuites grauiſsimè peccare, qui aliquid à Beneficiarijs accipiunt. Proſp. in c. paſtor.1.q.2.*

65 *In dubio tamen præſumitur, quòd Prælatus infeudando propinquos, ex carnis affectione eos potius infeudauerit. Alcia. de præſum. reg.1.præſumpt.29 (et) hoc ſuperius tetigimus gloſ not. in c.peruenit. in gloſ.vlt.1.q.3.Bal.in l tutor.§. quæ tutores ff. de excuſat.tuto.ſicut etiam in ſimili receptũ in iure habemus, quòd ſi teſtator reliquerit conſanguineo,*

*licet*

*licèt ſit dictum pro anima, ſi iſte conſanguineus ſit diues, legatum non dicetur pium, quia præſumitur potius relictũ ſanguinis amore, vt poſt mille ex ſcribentibus atteſtatur Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cauſæ in præfatione verſ. quod adeo verum. Subeſt ſuſpitio, vt ad rem redeamus, ne ſanguinis amore ſit motus Prælatus, & hinc prohibitum etiam eſſe haud ignoramus conſanguineos eſſe non poſſe procuratores in rebus Eccleſiæ, ne res Eccleſiæ lædantur, ne fraudibus detur locus. c. Epiſcopus. 12. q. 1. accedat etiam, & aliud laicis nequaquam permiſſum eſſe; vt*
67 *Eccleſiaſtica poßint pertractare. c. 2. de Iudi. hac igitur etiam de cauſa dictum à maioribus noſtris fuit, Prælatum non poſſe iconomatum Eccleſiæ conſanguineis committere. Feder. de Senis. conſ. 52. quidã Prælatus. & conſ. 200. caſus talis. per tex. in c. decenter 89. diſtinct.*

*Tamen & illud affirmandum erit, ſi talis ſit conſanguineus, vt honeſta, probataq; polleat bonitate vitæ, tunc recedendum erit à regulis Iuris canonici. Bal. in d. c. 2 col. 3. ver. quæro iterum. de Iudi. arg. l. 1. §. is autem ff. de ripa munien.*

*Ampliatur in decimis ſolitis concedi, ſeu locari laicis; ſeu*
68 *infeudari, ſi ad Eccleſiam reuertantur, Prælatus poteſt alteri laico infeudum concedere. Clar. in §. feudum in princ. q 13 qui & Doctores allegat. gloſ in c. probibemus. de decim. hocq; ſine alia ſolẽnitate, vt dicebamus. Auct. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc Eccleſ. c. 2. de feud. c. vt ſuper. de reb. eccle. non alien.*

*Tamen illud animaduertendum eſt ne Prælatus alteret for-*

mam ſolitam locationis, maxime in præiudicium Eccleſiæ, vt ſi prior inueſtitura compræhenderet tantummodo maſculos, Prælatus autem in noua inueſtitura & fœminas nominaret. Bal. in Auct. quas ruinas. C. de ſacr ſanc. Eccle. Bar. in Auct. qui rem. illo tit. quia tunc conceſſio facta per eum cum tali exceſſu corrueret. Calder. conſ. 2. in tit. de feud. Clar. in d §. Emphyteoſim.

Fallit in Papa, qui res Eccleſiæ etiam non feudales poteſt infeudare. Cardi. Florent. conſ. 92. ſic pari ratione quando eſſet incorporata Eccleſiæ habenti dominium directum, tũc requiruntur debitæ ſolemnitates. ſcrib. in c. vt ſuper. de reb. Eccle. non alien. in c. 2. de feud. c. 1. qui feud. dare poſſ. Rimin. Iun. conſ. 32. col. 3. vol. 1. ad hoc ſcilicet, vt iterum in feudum, vel in emphyteoſim concedi poſſint, &

69 dicitur incorporata, vt ſi eſt facta de menſa Eccleſiæ, & dicitur de menſa vbi in regulis, & libris Eccleſiæ eſt deſcripta. Bar in l. ſi vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. num. 8. Rimin. Iun. conſ. 32. vol 1. col. 2. & 3. & arg. l ſi quando. eod. tit. Abb. in d. c. vt ſuper. Anchar. conſ. 156 incip. propter tria, vel ſi Epiſcopus, vel Abbas, ita declarauit, vt per Bar. ibi, & tali infeudatione facta fructus percepti ſunt reſtituendi, cum ſit in mala fide. l. qui contra. ff de reg. iur. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.

70 Reuerſa etiam dicitur res ad Eccleſiam, vt ſi Prælatus per annum penes ſe retinuerit rem recipiendo fructus ſecundũ non nullos. vt per Bar. Angel. in l. & ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. ſcribentes in clem. 1. de exceſſib. prælat.

*lat. Illudq́; æquè conſtituendum fore dicemus, vbi Eccle-*
71 *ſia paupertate laboraret, Quia tunc infeudari non debet,*
*vbi res eſt reuerſa ad Ed Eccleſiam. Aluar. in c. 1 Qui*
*feud. dar. poſſ. vbi Bellouis. allegat. Auct. vt deter. ſit*
*num. cleric. Bal. in d. Auct. ſi quas ruinas.*

*Quid autem erit dicendum, ſi aliqua ratione impeditus Præla*
*tus non infeudauit bona, vt quia vaſallum bonum expe-*
72 *ctabat, an bona dicantur incorporata, licèt diu ita perſtite*
*rit quo minus infeudauerit?*

*Dicimus, quòd non ita Zabar. Imol. in d. c. vt ſuper. Quid au*
*tem dicemus, ſi nulla cauſa moræ appareat?*

*Tunc nonnulli autumant ſpatium 30. annorum requiri arg. c. ſi quis per triginta. tit. ſi de feud. contro. fuer. inter domin. & agnat.*

# ET TVNC ECCLESIARVM.

## *SVMMARIVM.*

1 TExtus de qua vtilitate loquatur, & numero 11.
2 Verba attendenda.
3 Dictio, Tunc, quid denotet.
4 Ex præcedentibus declarantur, quæ ſequuntur.
5 Pretia alterantur ſecundùm tempora.
6 Melioramenta debent reſtitui Inueſtito, ſeu hæredibus.
7 Melioramenta in re feudali facta, ſunt allodialia.

8 Infeudatio non alteratur in ſolitis infeudari.
9 Antiqua Inueſtitura attenditur.
10 Prælatus non poteſt mutare antiquam inueſtiturã.
12 Euidens quid ſit.
13 Euidentia optima probatio.
14 Breue, Si ineuidentem, vnde dictum.
15 Si, conditionem importat.
16 Minor læſus in integrum reſtituitur.
17 Eccleſia tenetur ſeruare contractum.
18 Tempus Emptionis attenditur.
19 Conditio in contractibus retrotrahitur.
20 Actio cenſetur fuiſſe in rerum natura tempore celebrati contractus.
21 Res quæ natura conſtant, vbi ortum habeant.
22 Perfectio attribuitur Materiæ.
23 Virtutes morales ab affectibus excitantur.
24 Minor grauiter læſus reſtituitur.
25 Hæredes illius, qui meliorauit bona Eccleſiæ, præferuntur cæteris.
26 Res quando cum fructibus ſit reſtituenda, & quomodo.
27 Euidenter dicitur, quod ex coniecturis colligitur.
28 Euidens eſt, quod comprehenditur ſub generalitate verborum.
29 Euidenter dicitur per conſequentiam.
30 Expreſſum quod indirectè ſumitur ex mente.
31 Vtilitas continet in ſe lucrum, cõmodum, & damni euitationem.

32 Emens ab Eccleſia, debet animaduertere, vt pretiũ conuertatur in rem ſtabilem.
33 Significatio Potior quæ naturaliter deſignatur.
34 Fructuum appellatione quæ veniant.
35 Fructus comprehendunt omnia, quibus fruimur.
36 Penſiones in fructibus ſunt.
37 In fructu eſt quicquid eſt gratia hominis ꝑcreatũ.
38 Præſentatio Iuriſpatronatus eſt in fructu.
39 Fructus propriè percipiuntur ex arboribus.
40 Fructus qui ſeruando ſeruari non poſſunt.
41 Bona quæ facilè corrumpuntur, alienantur.
42 Pecunia an ſit inter bona, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.
43 Pecunia non dicitur conſeruari.
44 Prohibitio textus reſpicit duo tempora.
45 Dictio, Pro, denotat modum, & cauſam finalem.
46 Prelatus non poteſt diſponere de rebus Eccleſiæ poſt mortem ſuam.
47 Laudemium debetur Prælato viuo.
48 Capiens fructus ad ſuceſſorem ſpectantes, cõmittit furtum.
49 Poſſeſſor benefitij non debet de fructibus diſponere futurorum annorum.
50 Ius Prælati durat durante ſua vita.
51 Prælatus in vita equiperatur vſufructuario, In morte vſuario.
52 Clauſula ſolita apponi in facultate locandi bona Eccleſiæ.

53 Loca-

53 Locatio perſonalis extinguitur cum perſona.
54 Tacitus conſenſus non approbat locationem factã à prædeceſſore.
55 Suceſſor tenetur ſtare locationi ad breue tempus factæ.
56 Prelato nõ creditur aſſerenti locationem eſſe in vtilitatem Eccleſiæ.
57 Aſſertioni partis non ſtatur in prohibitis.

## ET TVNC ECCLESIARVM EVIDENTI VTILITATE.

1 *Obſcura videtur iſta particula; de quo vtilitatis tempore loquatur ſummus Pontifex, videlicet an vtilitati foret Eccleſiæ tempore facta inueſtituræ antiquitus: An verò loquatur de vtilitate conſideranda in noua inueſtitura facienda? Si enim de antiqua; eueniret nempe, quòd conſtito tunc temporis vtile non fuiſſe Eccleſiæ, quòd retractarentur infeudationes, quod apprime videtur durum. Si in antiquis verſamur, quo pacto vtilitatem, vel incommodum, ſeu Eccleſiæ damnum docere valebimus?*

2 *Et tamen ſi verba ſunt attendenda, vt quidem attendi debent. l hoc legatum. ibi Bar. ff. de leg. 1. vt per Alciat in rubr. de verb. ſign. & Philoſophus de interpret. in princ. lib. 1. neceſſariò erit dicendum relationem ad illud tempus*
3 *haberi, huiuſmodi enim eſt illius aduerbij temporis Tunc, vt præteritum deſignet tempus. Bal. in Auct. contra eum rogatus.*

*rogatus C. ad Trebell. Calcagn. conſ. 25. viſo inſtrumento num. 24. ſcrib. in l. Paulus. ff. de ſolutio. & licèt denotet extremitatem temporis etiam in futurum, tamen in caſu noſtro hoc non videtur dici poſſe, quia ex præcedentibus*
4 *declarantur quæ ſequuntur verba, & magis influunt in ea, quàm contra. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Bal. poſt Cyn. in l. legatorum petitio. §. fina. in fin. ff. de leg. 2. Bal. Imol. & alij in l. cohæredi. §. ſi quis. ff. de vulg. & pupil. Soci. Iun. conſ. 15. num. 17. vol. 1. & quòd magis influãt. Bar. in l. quiſquis. ff. de leg. 3. in l. filium. ff. quando dies leg. ced. Roma. conſ. 503. col. 1. Dec. conſ. 92. num. 1. ſed ſuperiora verba loquuntur de tempore illo, ergo & iſta ſubſequens, & annexa clauſula.*

*Ad hæc ſi eſſet de nouo ponderandum, an vtilis vel damnoſa infeudatio fuerit Eccleſiæ, melioramenta deberent æſtimari, quorum æſtimatio eſt apprime difficilis, præſertim*
5 *in longo temporis curſu, alterantur rerum pretia ſecundùm temporum qualitatem. l. pretia rerum. ff. ad l. falc. minuuntur, augeſcunt, & meliorem ſuſcipiunt formam melioramenta facta, quæ inueſtito debent reſtitui, ſeu eius hæredibus, vt per Fulgoſ. conſ. 9. Gozad. conſ. 20. num. 14. qui etiam aperiunt, quid ſi extraneus ſit hæres; quod verum vbi feudum, vel Emphyteoſis ſit per finitam generationem terminata. Caſtr. conſ. 326. viſo puncto. col. fin. verſ. ſi vero non propter. Dec. quoque conſ. 518. viſo inſtrumento, & de hac re Bal. in l. pen. C. de ſolut. in l. Senatus. §. Marcellus. ibi Ang. etiam. ff. de leg. 1.*
6

*Neque id immeritò quidem, quoniam talia melioramenta dicuntur*

*cuntur bona allodialia Ruin. conſ. 24. num. 10. vol. 1. Boer. q. 10. Iul Clar. in §. Emphyteoſis. q. 45. col. 2. Abb. in c. 1. 2. & 3. de pecul. clerico. Pariſ. conſ. 1. num. 92.*

*Secundo poteſt iſte tex. intelligi in euentum nouæ faciendæ inueſtituræ, quod licèt ſimus in ſolitis infeudari, tamen de nouo minimè fiat infeudatio, niſi conſtito de Eccleſiæ vtilitate.*

8 *Iſte etiam intellectus non videtur admittendus, quoniam vbi ſumus in re ſolita antiquitus infeudari, Prælatus non debet infeudationem alterare. c. 2 de feud. c. vt ſuper. de reb. Eccle. non alien. ſed ſub eodem Canonis onere concedi debet immo per nouam conceſſionem non dicitur noua fieri*
9 *inueſtitura, vt iam fuit dictum. Sed attendi debet antiqua. Prælatus enim huiuſmodi bona licitè concedens non poteſt mutare antiquas feudi conſuetudines, ſeu antiquæ in*
10 *ueſtituræ tenorem, neque ſi de damno agatur Eccleſiæ, vt quia antiqua inueſtitura maſculorum tantummodo particeps erat, & velit eam ad fœminas extendere quoque. Iacob. de Bellouis. Aluar. Prępoſ. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. tex. in c. 1. §. ſimiliter. in tit. de lege. Corrad. Bal. in Auth. quas ruinas. C. de ſacroſanc. Eccl. Bar. in Auth. qui rem. eod. tit. Raffael vidend. conſ. 10. ſic etiam ſi ageretur de vtilitate Eccleſiæ, & de damno inueſtiendi iuribus ſupra dictis.*

11 *Quid igitur qui ſit iſte clauſulæ intellectus? Dico quòd quemadmodum locupletior dicitur factus, qui conditionem ſuam nequaquam deteriorem reddidit. gloſ. in §. fin. Inſt. tit. quib. alien. licet vel non. per l. in pupillo. ff. de ſolu. gloſ in l. fina. C. pro*

*C. pro empto. non autem quòd ex actu, ſeu ex contractu quod ſit acquiſitum, ita pari ratione vtilitas dicitur Eccleſiæ euidens, non quando alterando inueſtituram aliquod inſuper acquirit, ſed dicitur euidens vtilitas, quando permanet in antiqua inueſtitura, ita quod damnum ex noua inſtitura illam alterãdo nullũ verò, vt ſuperius dicebamus, Eccleſia remaneat in ſtatu ſuo; ſi enim prior inueſtitura ſacta fuit, ex euidenti Eccleſiæ vtilitate, vt in dubio præſumendum eſt, ita & iſta noua inueſtitura in illo robore permanendo dicetur ad vtilitatem Eccleſiæ eſſe, & ita exiſtimamus hunc textum intelligi debere.*

EVIDENTI VTILITATE.

*Succedit videre quæ dicatur vtilitas euidens.*

12 *Euidens idem eſt, quod clarum, apertum, dilucidum, & omnibus notum. l. ſed & ſi pupillus. ver. præſcribere palam ff. de inſtitu. l. 1. verſ. ſi in euidentem. ff. ad ſenat. conſ. Tertull. l. euidentia. de accuſationib. c. ab eo. de electio. in 6. l. ſi locuplex in fin. ff. de manumiſ. teſt. l. ſi extraneus in fin. ff. de condit. cau. dat. & ita dicebat Rebuff. in l. natura ff. de verb. ſig. l. licèt ff. de leg. 1. Barb. in c. Raynaldus. de teſta. col. 144. & conſ. 40. præclarè. col. 2. vol. 1.*

13 *Euidentia nulla maior, nullaue fortior probatio. Innoc. in c. propoſuiſti. de probatio. Tiraq. de præſcrip. gloſ. 4. verſ. 28. & ex hac euidenti vtilitate dictum eſt illud Breue, quo cõ*

14 *ceditur facultas alienandi bona Eccleſiæ, ſi in euidentem, & in tali reſcripto illa dictio, ſi, importat conditionem l 2.*

15 *in princ. l. his legatis. §. ſi ita. l. demonſtratio. §. an ſi condi-*

tionaliter. ff. decondi. & demonſtr. l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Couar. varia. reſol. lib. 2. cap. 3. hac enim conditione dantur in emphyteoſim, in feudum, in longam locationem, vt euidens inde Eccleſiæ naſcatur vtilitas.

Sed hic dubitari poteſt, Eccleſia vendidit, ſeu locauit, in emphyteoſimue dedit non nulla bona ſub recta quadam mercede ſoluenda, mox quidam repertus eſt qui longe plus ſe daturum pollicebatur, dubitatur inquam an Eccleſia reſtitui poſſit iam ſemel perfecta venditione?

Videtur dicendum quod ſic, vtilitas enim Eccleſiæ præcipua vbique ſemper eſſe debet, videmus enim minorem, ſi in

16 hac reperiretur, & ipſum reſtitui. l. & ſi ſine. §. 1. ff. de minor. cur idem de Eccleſia non fatebimur? hoc etiam ſuadere videtur ibi Alexander tertius, ſancitum reliquit poſt habitis veteribus colonis, quorum labore Eccleſiæ prædia ad meliorem frugem fuerant redacta, aliis colonis pinguiorem penſionem ſoluentibus concedi debere.

17 Contrarium tamen tenendum duxi, Eccleſia enim ex contractibus obligatur, & illos obſeruare tenetur. Bal. in l. fin. C. ſine cenſ. vel reli. & quando ſumus in emptione inſpicitur

18 tempus emptionis. c. cum cauſa. de emptio. & vendit. l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. hac de cauſa in contracti-

19 bus conditio retrotrahitur. l. ſi filius. ff. de verb. oblig. et tam & ſi ſcribentes in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. varias deducere conentur rationes, tamen hæc vera eſt: Contractus enim in eſſe deducitur de præſenti, dum contrahitur, & tametſi actio, & obligatio deinde ſuper naſcatur, tamen retrahitur, & finguntur fuiſſe in rerum natura

tempore

20 *tempore celebrationis contractus, videmus nempe effectum ad priorem ſuam cauſam trahi, licèt tempore ſit poſterius, videmus enim, (philoſophari, & in Iure noſtro ali-*
21 *quando licèt) Res, quæ natura conſtant, ortum habent à materia, & perficiuntur à forma, iſta perfectio non at-*
22 *tribuitur formæ, licèt det eſſe rei, ſed attribuitur materiæ, quæ in ſe omnes accipit formas, ideo diceremus vrnam lapideam eſſe ligneam, vel quid ſimile. Virtutes morales ab*
23 *effectibus excitantur, à ratione perficiuntur, hoc eſt à prudentia tanquam à forma, tamen illud initium inſpicitur, vt virtutum origo, fons, & cauſa. Dicamus igitur ad rem noſtram redeuntes, & cum ab initio non fuerit læſa, prior emptor in re ſuo priuari non debet, & quòd Eccleſia cum illius locupletetur iactura. Bal. in l. 1. 2. q C ſi ſer. exter. & in terminis noſtris quòd neque Eccleſia à pacto recedere debet, tenuit. Angel. in Auct. de alim. & Emphy. §. hoc etiam col. 4. Rom. ſing. in verbo venditio.*

*Non obſtat autem quòd vti Minor reſtituatur in integrum,*
24 *quia illud verum dicimus, vbi grauiter læſus eſt minor ab initio, ſed ſecus ſi ex futuro euentu appareat de læſione abſque dolo, nam euentus non eſt in cauſa reſtitutionis. l. verum. §. item nec reſtituetur. ff. de minor. pretia enim rerum. ex euentu temporum alterantur. l. pretia rerum. ff. ad l. falci. & ſi receſſus hac de cauſa daretur à contractibus, quis auderet cum minoribus, cum Eccleſia contrahere? Minus quoque contrarium ſuadet Alexander tertius, nam loquitur vbi contractus terminatus eſt in perſona primi reducentis ad meliorem frugem Eccleſiaſtica prædia, ita*

25 *quod illius hæredes idem offerentes pretium præferantur cæteris, aliàs ſecus.*

26 *Sed ad interpretationẽ iſtius dictionis, Euidenter, redeat oratio noſtra; facta reperitur ad tempus longum locatio, vel Emphyteoſis datur ad tale tempus abſque ſolemnitatibus, & cauſa, aut euideuti vtilitate Eccleſiæ, nunquid res vna cum fructibus erit reſtituenda?*

*Erit quidem cum fructibns etiam à die obtentæ inueſtituræ, ſi verò ob læſionem reſcinditur à die moti Iudicij Rom. conſ. 48. in fin. Barba. conſ. 40. col. 7. & 8. vol. 2. Grammat. deciſ. 79 num. 4. Aſſli. deciſ. 93. num. 2. Rimin. Iun. vbi ob læſionem reſcinditur. conſ. 33. nnm. 39. & ſeq. vol. 3. Iaſ. in l. hæredes. num. 10. C. de his quib. vt indignis.*

27 *Et euidenter illud dicitur etiam, quod ex coniecturis colligitur. l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. Bal. in l. prætoe. §. 1. ff. de noui oper. nunc. & ibi etiam gloſ. l. licèt Imperator. ff. de leg. 1. l. ſi locuplex. ff. de manu. teſta. Alcia. de verb. ſign. lib. 4. tamen iſtæ coniecturæ debent eſſe certæ, & expreſſæ, & à Iure approbatæ c. ſi cuis, & ibi Præpoſ. 34. diſtinct. l. 1. §. ſoluit. ff. de off. præf. vrb. et euidens dicitur exceptio, de qua apertè conſtat. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. ſic in caſu noſtro euidens vtilitas. l. 2. de conſtit. princ. ibi in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas; ſic etiam di*

28 *citur Euidens, quod compræhenditur ſub generalitate verborum. l. fin. C. quod cum eo Bar. in l. 1. in princ. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. facit c. cum olim in fine. in ver. patebat ex preſſè de cenſib. ibi Anto. de Butrio, & Abb. ad notant. Inſtrumentum euidenter probare, ne dum quæ verbis ipſis*

continentur,

29 *continentur, ſed quæ ex mente per conſequentiam. Iaſ. videndus in d. l. prætor ait. in princ. in 2. not. quinimo quod in-*
30 *directè colligitur ex mente dicitur expreſſum. Aba. in c. cum olim. in vlt. not. de cenſib. faciunt notata per Bal. in l. ad probationem. la 1. C. de proba. Dec. conſ. 507. in cauſa. col 2. verſ. non obſtat ſupradictis. Idem alibi videlicet conſ. 68. col. pen. verſ. nam expreſſum ibi ſimiliter dicitur expreſſum illud dici, quod ex verbis infertur etiam generalibus, hoc idem firmat conſ. 259. col. 2. in fine. videndus de hoc Tiraq. in tract. de legib. connubiali. in verſ. expreſſè in gloſ. 5.*

31 *Vtilitas ergo ad propoſitum continet in ſe lucrum, commodum, ac damni euitationem l. proinde. ff. ad l. Aquil. l. cũ prætor. ff. de verb. ſign. & hac de cauſa rem ab Eccleſia emens illud imprimis animaduertere debet, quod pretium*
32 *conuertetur in rem eccleſiaſticam; aliàs enim emptor iacturam faceret pecuniæ Bal. in Auct. hoc ius porrectum: num. 20. C. de ſacr. ſanct. eccle. Abb. in c. 1. de in integ. reſtit. Affli. deciſ. 397. num. 5.*

*Euidens erit notoria, manifeſta, non autem obumbrata, & præſumpta, ſed re vera conſtare poteſt, quia verba in dubio in potiori ſignificatu ſunt intelligenda. Petr. Criſ. Lucen. in rubr. ff. de leg. 1. col. 2. verſ. habet etiam vnam re-*
33 *gulam, & potior dicitur ſignificatio, quæ naturaliter ita deſignatur. Bal. conſ. 495. col. 5. & alibi dicebat Bal. quod verborum propria ſignificatio ſumenda eſt, non impropria in l omnes populi in quæſt. verſ. iuxta præmiſſa quæro nu. 58. ff. de Iuſt. & Iur. & de naturali euidentia dicebat*

*Tiraq.*

*Tiraq. de præſcrip. gloſ. 4. verſ. vigeſimo octauo. Euidentia nulla maior, nulla fortior probatio, vt per Innoc etiam in c. propoſuiſti. de probatio.*

## AC DE FRVCTIBVS, ET BONIS, QVAE SERVANDO SERVARI NEQVEVNT.

*Videmus in primis quæ veniunt fructuum appellatione, mox qui ſunt iſti fructus, quæ iſta bona.*

34 *Dicimus itaque generali fructuum ſignificatione comprahendi non tantum qui ex agris colliguntur, ſed omnia lucra, emolumenta, omnes commoditates contineri, quicquid fruimur fructuum appellatione ſignificatur, Doleo, inquit orator, quòd carui fructu iucundiſsimæ conſuetudinis tuæ, & pro Archi magnum gloriæ fructum ex rebus bene geſtis*
35 *ſumpſi, & ſic fructus comprahendunt omnia, quibus fruimur, & qui ex pecudibus naſcuntur, fœtus. fructus dicuntur, lac, lana, pilus. l. in pecudum. ff. de vſur. § in pecudũ. Inſt. tit de rer. diuiſ immo non animalium tantum fœtus,*
36 *ſed prædiorum ruſticorum emolumenta, vrbanorum penſiones pro fructibus accipi ſcriptum reliquit Vulp. in l. prædiorum ff. de vſur. quicquid accipimus à colonis, ſeruorum operæ, nauium vecturæ, iumentorum, eiuſdem dicuntur eſſe generis. l. mercedes. ff. de petit. hæred. l uſuræ. ff. de uſur. & tandem in fructu dicitur eſſe quicquid eſt gratia homi-*
37 *nis procreatum. l in fructu. ff. de vſufr leg. d. l. videamus, inde Innoc. & Abb. in c. conſultationibus. de iure patron.*
38 *affirmauere præſentationem in fructu iuriſpatronatus eſſe: ſtrictè autem accipiendo propriè fructus dicuntur, qui*

ex

39 *ex arboribus accipiuntur; ita Vlp in l. vnica ff. de glan. legen. l. qui venenum. §. glandis. ff. de verb. ſign. in caſu autem noſtro generatim textum accipiendum dixerim; de*
40 *fructibus autem, qui ſeruando ſeruari nequeunt videndus eſt Fabianus de Monte in tract. de emptio. & venditio. q. 9. num. 20. ibi aiebat etiam talem prohibitionem non extendi ad quæ facilè poſſunt corrumpi, vt puta veſtes, animalia ſuperflua, vinum, frumentum, oleum, l. lex, quæ tutores in fin. C. de admini tuto l. fin. §. fin. C. quan. decret. opus non eſt l. ſi ſine. §. quæſitum. ff. de minor. gloſ. & Angel. in l. 1. C. ſi aduerſ. vſucap. vbi Angel. inquit, procurator omnium bonorum non alienat bona mobilia ſine ſpe-*
41 *ciali mandato, niſi facilè corrumpantur, & refert tutorem ante confectionem inuentarij omnes fructus uendere poſſe.*

*Sed quid dicemus de pecunia, an dicetur & ipſa inter ea bo-*
42 *na ponenda, quæ ſeruando ſeruari queunt, vel non?*
*Illud quidem erit tenendum ipſam in eo genere connumerandam; dum enim illa vtimur, expendimusq; profectò con-*
43 *ſeruari nequaquam dici poteſt. l. 1. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſu gloſ. in l. 1. §. fuit quæſitum. ibi Iaſ. ff. ad Trebel. ita Bald. in §. 2. Inſt. tit. quib. alie. licèt vel non. gloſ. quam ad hoc ponderat Bar. & Ang. Imol. Caſtr. Alex. Iaſ. & Alij in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. Bal. in l. ſi curatorem C. de in integ. reſtit. minor & tex. in c. fina. de pigno pecuniam, & alia, quæ vſu conſumuntur, & quæ dicantur res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, declarat Bar in l. 1. § fuit quæſitum. ff. ad Trebell. videlicet quan-*

do

*do ex illis fructus percipiuntur, & tamen ſeruantur, vt pretia.*

## PRO INSTANTIS TEMPORIS EXIGENTIA.

44 *Prouiſio huiuſmodi videlicet, quod alienatio fieri nequeat, niſi de præſenti vrgeat neceſſitas ad duo capita referri poteſt. Primum eſt, nouæ in Emphyteoſim conceſſiones, nouæ infeudationes minimè fiant, niſi terminatis anterioribus ope ræ pretium ſit nouas concedere, prohibet ergo ne fiant nouæ conceſſiones, niſi anteriores ſint terminatæ, hoc autem com*
45 *probatur ex dictione illa, Pro, iſta nempe præpſitio ſolita eſt modum, & finalem deſignare cauſam maxime in fauorabili materia not. in l. dominus ſticho. ff. de pecul. leg. Bal. in l. 1. col. pen. C. per quas perſ. ius nob. acquir. Archid. & Gemini. in c. Agatoſæ. 63. diſtinc. Bar. in l. Lucius. §. ante. ff. de leg. 2. l. 2. §. Titio. ff. de donat. Dec. conſ. 46. col. 1. vol. 1.*

*Sed quæritur quęnam ſit iſta ratio? nihil referre nempe videtur, nam illud vnum eſt, quod de nouo huiuſmodi Inueſtituræ fieri debent, tamen mirum in modum refert, & reſpectu inueſtientis, & reſpectu Eccleſiæ tale expectari tempus, nam ante exigentiam talis fiat inueſtitura, agitur de præiudicio ſucceſſoris, nam eſſe poteſt, quod Prælatus interim moreretur, & ſic locatio extenderetnr ad tempus, quo amplius diſponere de rebus Eccleſiæ non poſſet. faciunt not. per Abb. in rubr. de teſta. num. 2. Rebuff. in tract. de alienatio. rer. Eccleſ. num. 18. 19. Cardin. Flor. latè in clem. 1. §. fin. q. pen. de reb. eccleſ. non alien. & ſic etiam concedendo*

dendo

*dendo quod ad ſucceſſorem ſpectabat, mitteret falcem in meſſem alienam, quod ne utiquam eſt dicendum. c. paſtoralis. de electio. c. ſi quando. de off. deleg. Reſpectu Eccleſiæ etiam, quia fortaſſe eueniret occaſio, quod Eccleſia illis egeret, quo caſu non cogitur finita linea proximiores inueſtire, ſed ſibi retinere valet, prout ſuperius dicebamus.*

*Ad hæc ageretur de præiudicio ſucceſſoris ex alio, quoniam*
47 *ſolent non nulla tempore Inueſtituræ elargiri domino, quod laudemium nuncupatur, ſeu quinquageſima pars pretij. l. 2. §. fina. C. de Iure Emphyt. ut per Bar. in l. & ideo in prin. ff. de condit. furt. quod ſi anteceſſor ante euentum ne-*
48 *ceſſitatis caperet ipſum, furtum cõmittere nulli dubium eſſe debet. §. furtum. Inſt. tit. de oblig. quæ ex delic. naſc. ſi etiam de fructibus, qui ſeruando ſernari non poſſunt, loquamur, pari ratione iſta exigentia expectari debet, nam*
49 *beneficij poſſeſſor non debet de fructibus diſponere futurorũ annorum; Tales enim futuri fructus dicuntur, videlicet non dum producti formatiuè, ſed ſequentibus annis naſcituri ſperantur, ita Pomponius in l. quod in rerum ff. de leg. 1. & Diuus Iuſtinianus in §. ea quoque. Inſtit. tit. de leg. neque refert in commercio hominum eſſe perinde ac iam natos d. l. quod in rerum. l. emptio. ff. de contra. empt. & vend. l. interdum. ff. de verb. oblig. quoniam ratione fructuum hoc verum, ſed non perſonæ contrahentis. Si hoc verum eſſet, ageretur de maximo ſucceſſorum præiudicio, Ius enim*
50 *Prælati durat illius vita durante, & hinc eſt, quod dixere*
51 *Maiores noſtri in vita æquiperari uſufructuario, in morte uſuario. Abb. & Sicul. in c. fin. de pecul. cler. ſeu mino-*

 res

*res iſtis maiores, vt per Nauar. de reddi. Eccleſ. monit. 40. num. 12. q. 1. Sed ſi de fructibus recolligendis diſponere poſſet, perinde eſſet, ac ſi verè dominus eſſet, & ita loquuntur iura illa, quæ in caſu noſtro procedere non poſſunt, & hinc eſt, quod in locationibus rerum Eccleſiæ ſignari ſolent facultates per Papam conceſſæ modo nullæ fiant anticipatæ ſolutiones, & ita obſeruatur ex praxi in Curia Romana.*

52

53 *Ad hæc tales locationes ſunt perſonales, & cum perſona extinguntur, vt tenet Couar. variã. reſolut. lib. 2. c. 15. nu. 6. & hac de cauſa ſucceſſorem non teneri ſtare locationi factæ per prædeceſſorem, vt eſt deciſ. Put. deciſ. 180. lib. 1. Abb. in c. cum eſſes. verſ. ſecundo principaliter, & in c. cum in officijs. de teſta. & Imol. Pert. conſ. 161. car. 335.*

54 *licèt etiam adeſſet tacitus conſenſus ſucceſſoris, vt quia recepiſſet penſiones, vt ibi per Put. num. 9. dicere non poſſumus, quòd ſucceſſor habeat cauſam à Prælato mortuo, ſed bene quidem dicemus cauſam ab Eccleſia habere. Crot. conſ. 19. num. 7. cum ſeq. vol. 1. Rot. deciſ. 1. & 2. de locato. Prob. in addi. ad Ioa. Mona. in c. nemo. num. 25. de electio. non eſt ergo mirum, ſi non teneatur ſtare locationi ſui prædeceſſoris.*

55 *Sed dubitatur nunquid aliquando euenire poſſit, quod ſucceſſor teneatur ſtare locationi tanquam validæ (de locatione ad breue tempus fatemur.)*

*Dicimus quod ſic, ſed operæ pretium eſt, quod tria concurrant. Primum illud erit quòd fiat locatio à rectore, vt rectore ſiue ab Epiſcopo, Archiepiſcopo.*

*Secundum eſt, quod fuerit facta nomine Eccleſiæ.*
*Tertium quod ita perſuadente neceſsitate, & Eccleſiæ vtilitate, vt per Rhodoan. de reb. eccl. non alien. rubr. de fructib. eccle. alie. nu. 11. 12. Poſt. antecitato conſ. num. 16. 17. & tametſi locator Prælatus, ſeu Parochus atteſtatetur talem contractum neceſſarium fuiſſe, eſſe verſum in*
56 *euidentem vtilitatem; nihilominus ei nulla habetur fides, vt ſuperius dicebamus, In prohibitis non ſtatur aſſertioni*
57 *partis, quia aliàs legi fieret fraus. Bar. in l. ſi forte. ff. de Caſtr. pec. Dec. in l. ſi donatione, num. 18. C. de collat. Natta conſ. 352. num. 3. & ſeq. lib. 3. Bellon. conſ. 16. num. 3. & ad reliqua pergamus, ne actum agere videamus.*

# PRÆDECESSORVM NOSTRORVM, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 Addens non tollit, ſed plenius reddit.
2 Ius prætorium adinuentum, vt adiuuaret ius ciuile.
3 Supletio indicat illa ſtare, quæ prius erant.
4 Papa an poſsit tollere Iura Prædeceſſorum.
5 Par in parem non habet Imperium.
6 Vltima corrigunt priora.

7 Papa derogat legibus prædeceſſorum concernentibus ius poſitiuum.

8 Aequalis poteſtas omnium Pontificum.

9 Omnes Pontifices vnum caput.

10 Nemo poteſt ſibi imperare quo minus liceat recedere.

11 Papa non poteſt penitus derogare legibus fundatis in iure diuino.

12 Leges ad inſtar Iuris diuini.

13 Exigentia vnde dicatur.

14 Exigere eſt debitum repetere.

15 Exigere eſt veritatem requirere.

16 Lex ab omnibus ſeruanda.

17 Lex quare adinuenta.

17 Zeleuci laudabile exemplum.

19 Lex continet pęnam contra non obſeruantem.

20 A pęna legali non datur appellatio.

21 Pęna in lege præceptiua dicitur Decretum irritãs.

22 Mali non peccant formidine pęnæ.

23 Veri philoſophantes ſponte agunt.

24 Reſpublica continetur pęna, & præmio.

25 Dictio, Quicquam, omnia continet.

26 Decreti irritantis virtus.

27 Illicitum eſt, factum contra decretum irritans.

28 Decretum irritans nocet ignoranti.

29 Conſuetudo non inducitur cõtra legem munitam Decreto irritanti.

30 Decretum irritans inducit formam ſubſtantialem.

Lex

31 Lex noua non ligat, niſi poſt duos menſes facta publicatione.

32 Lex ſtatim ligat, ſi habet decretum irritans.

33 Decretum irritans operatur, ſi impetrans eo vti velit.

34 Lex futura an tollatur per decretum irritans.

35 Natura legis eſt dare formam futuris rebus.

36 Leges conſtituuntur vſu exigente.

37 Lex ad commune commodum dirigitur.

38 Leges mutantur ſicut, & tempora.

39 Fœmina contraueniens nunquid puniatur.

40 Maſculinum cõcipit fœmininum in fauorabilibus.

41 Dictio, Quis, comprehendit, & maſculum, & fœminam.

## PRAEDECESSORVM NOSTRORVM.

*EXtrauagans noſtra, vt ab initio dicebamus non ea ratione fuit edita, vt antiquorum Iurium eſſet correctiua, ſed potius eſſet ampliatiua, & ſicut*
1 *qui addit, non dicitur quod prius erat tollere, ſed potius illud, quod erat ante, plenius reddere. iuxta illud in ſacra pagina, non veni ſoluere, ſed adimplere; ſicut dicimus de iure Prætorio; quod fuit adinuentum partim, vt*
2 *magis adimpleret, ſeu adiuuaret Ius ciuile, vt in commodato. Inſt. tit. commo. vt in dolo. de dolo per tot. & metus exceptionibus tit. quod met. cau. & ſuppletio indicat illa*
3 *ſtare, quæ prius erant, & ſupplementum inducitur in ſupplementum.*

plementum. l. ſcimus. in princ. & §. 1. C. de inoff. teſt. c. 1. de ſacr. vnctio. c. 2. de Inſtit. l. oratio ff. de ſponſ.

Sed quid dicemus hic; an Papa poſſit Prædeceſſorum ſuorum Iura tollere?

4 Videtur nempe quod non, par in parem nullum habet Imperium, iam factum eſt in iure noſtro prouerbium. l. ille. à quo. § tempeſtiuum. ff. ad ſen. conſ. Trebell. c. innotuit. de electio. in 6. l. pen. ff. de arbitr. facit ad hoc tex. in c. fin. de reſcrip. in 6. vbi Bonifatius Papa inquit, quod non patimur nobis licere, ſucceſſoribus noſtris indicamus; Natura enim repugnat, & facto aduerſatur, quod duo plures ue ſint pares, & tamen alter ſuccumbat alteri, & ſic videtur corrigere ipſum minimè poſſe.

Quod autem queat, videmus, & ſummos Pontifices, & Imperatores Prædeceſſorum Iura in dies corrigere, quot enim leges in libris digeſtorum, in Codice per noua reſponſa? &

6 quot in Codice per Auctenticas conſtitutiones correctas reperimus? ſic in Pontificio Iure noſtro Sextum corrigere Decretales, Clementinas praualere, & vltimo Extrauagantes nouas tribuere formas, temporum curſibus leges accommodari neceſſe eſſe aliàs diximus.

7 Quid igitur dicendum? Dico, aut loquimur de diſpoſitionibus concernentibus merè Ius poſitiuum, tunc dico Papam poſſe derogare legibus Anteceſſorum ſuorum, ſic Imperatores, & cæteros edendarum legum poteſtatem habentes, nec quicquam facit, quòd par in parem non habeat Imperiũ, quoniam illa nec diſpoſitio verſatur etiam in perſona Anteceſſorum, nam ſi ipſe illorum conſtitutionibus derogare

non

*non poteſt; ergo neque ipſi poterunt illas adeo valituras edere, ita quòd arctent ſucceſſores eademmet regula; hac ratione vtebatur Nauar. in tract. de ſpol. §. 2. num. 4. Huiuſmodi ratio nequaquam placet, fingamus enim quod fiat conſtitutio noua, qua non alterentur aliæ conſtitutiones prædefunctorum Pontificum (hæc enim quod nouiter contumẽ ordinat, atque diſponit) deinde ſucceſſor Pontifex cõtrarium diſponat, profectò illa Nauar. reſponſio verificari hac in re non valebit. dicamus itaque à Petro citra, &*
8 *ad futura ſæcula (orbe hoc durante) æqualis, & eadem omnium Pontificum fuit poteſtas, & licet plures fuerint, tamen vnum caput, vna Eccleſia, vnum ouile, vnus Paſtor, dixit Dominus, paſce oues meas, Ioan. 21. tibi da*
9 *bo claues Regni cælorum Matth. cap. 16. tibi, ideſt omnibus ſucceſſoribus tuis, quibus corpus vnum indiuiduum cõficitur, vt dicere ſolemus de corpore, quòd ex diſtantibus partibus conſtat non ſolutis, ſed vni nomini ſubiectis; ſed certiſsimi Iuris eſt neminem eam legem ſibi imponere poſſe*
10 *à qua recedere non liceat. Specul. de Inſtrum. Editio. §. 12. verſ. quid ſi quis iurauerit per non obſeruationem, iuxta text. in l. digna vox. C. de legib. per aliam contrariam diſpoſitionem, & tamen quis adeo inſanæ mentis erit, qui dicere audeat, vnumquemque placita ſua mutare non poſſe? non habetur igitur ratio Anteceſſorum, ſed dicimus vnum Tribunal, vnum caput.*
11 *Aut verſatur in conſtitutionibus fundatis ſuper Iure Diuino, ſeu naturali, tunc dico Papam non poſſe penitus derogare talibus legibus, licet aliqua in parte; poteſt enim modifi-*

care,

*care, & diſtinguere Ius diuinum. clem. ne Romani. de ele-
ctio. gloſ. in c. dederimus. 16. q. 1. ratio eſt, quia ſi leges
12 ſunt ad inſtar Iuris diuini, & pro ratione, & anima Ius
habeant diuinum, neceſſariò eſt dicendum, quòd ſuperue-
niens lex derogans iuribus illis ſit iniqua, non meretur le-
gis nomen; & hac ratione hìc ſummus Pontifex ſtatuit,
vt Prædeceſſorum ſuorum conſtitutiones de huiuſmodi ma
teria loquentes in ſuo robore perſiſtant, quia fundatæ ſunt
ſuper Ius diuinum, ne dilapidentur Eccleſiaſtica bona,
quæ Chriſti ſunt, & ideo prohibent furtum.*

*Supereſt ad hanc interpretationem noſtram deueniendo decla
13 remus, quid ſibi velit dictio illa, exigentia, dicitur nempe
à verbo exigo, quod aliquando denotat eijcere, hinc ex-
actis Regibus ab Vrbe eiectis, & expulſis. l. 2. §. exactis
deinde regibus. ff. de origine Iuris. hinc Publicola Regum
exactor pro eiectore.*

*Aliquando denotat vi extorquere. Tranq. in vita Neron.
cap. 39. exegitq; ingenti faſtidio, & accerbitate num-
mum aſperum.*

14 *Aliquando debitum repetere, hinc exactores dicti ſunt.*

*Aliquando exigere eſt poſcere. Cic. de leg. qui à Poeta, vt à
15 teſte veritatem exigunt, & ita textus noſter pro temporis
exigentia, id eſt pro temporis ſtatu ita depoſcente, & de
iſtius dictionis ſignificatione latè Rebuff. in l. verbum ex-
actæ. ff. de verb. ſign. in princ.*

SI QVIS AVTEM. *A legum latore illud imprimis
16 cauendum erit, vt ſacroſancta fuerit ſancita lex, ab
17 omnibus obſeruetur, lex ea ratione adinuenta eſt, vt vitijs*

*medicina*

*mediciua exiſtat, vſu probatum eſt (Corn. Tacit. lib. 15.) leges egregias, exempla honeſta apud bonos ex delictis alio rum gigni, ſic oratorum licentia, Cintiam rogationem, can didatorum ambitus, Iulias leges Magiſtratuum auaritia Calphurnia ſcita pepererunt, nam culpa, quàm pœna prior emendari, ipſa. n. peccare poſterius eſt, niſi ergo obſeruare tur lex, vana eius eſſet conſtitutio, pulcrum quidem datur*
18 *exemplum ex facto Zeleuci Locrenſium legislatoris, qui ferro vitam ſibi arripuit, cum enim armis obtectus in Senatum introiſſet contra legem per eundem promulgatam: Inane quidem alias eſſet omne deſuper ſuſceptum ſtudium. l. 2. §. exactis deinde regibus ff. de orig. iur. hac de cauſa*
19 *quælibet lex præceptiua in ſe pœnam in non obſeruantem annexam habere ſolet, vel in perſonam contrauenientis, vel in ipſius actionem. l. 2. ff. de Iuſt. & Iur. à qua legali*
20 *pœna appellare minimè licet l. ſi qua pœna. ff. de verb. obl. c. quia nos. ibi gloſ. de appella. c. ſuper ijs. de accuſat. hac*
21 *enim pœna in præceptiua lege dicitur decretum irritans. ſcrib. in l. non dubium. C. de legib. not. ſcrib. in l. nemo poteſt. ff. de leg 1. Alioquin futura Iura, futura Iudicia, ſuſceptum Reipublicæ regimen foret eluſorium, quo abſurdius nihil eſt, vt iure optimo aſſerebat Iuriſconſ. in l. fin. ff. ne quid in loco publ. in l. fi. §. vbi autem. C. de bonis quæ lib. in l. prator. de Iudi. in c. ſi ſententiam ſummus Pontifex. de ſent. excom. in 6. ſi cum perfectis hominibus negotium habendum eſſet, profectò quidem non eſſet, cur lex pœnam*
22 *in ſe haberet, oderunt enim peccare boni virtutis amore,*
23 *& vt dicebat Zenocrates de verè philoſophantibus; ſolos*

*eos facere ſponte quæ reliqui faciunt lege coacti; ſed cum malis, improbis, & omnibus aſſectibus contaminatis in diem altercatio habenda eſt; Iſti grauitatem ſupplicij intuentes ita ſe à voluptatibus auertunt, vt à plaga canes, & à ſtrepitu aues euolare ſolent, oderunt enim peccare mali formidine pœnæ, & Rempublicam duobus contineri*
24 *dixere Solon, Plato, Ariſtoteles videlicet præmio, & pœna; hac de cauſa ponitur hic decretum irritans, vt loquuntur doctores noſtri, quo locationes, conceſſiones in emphyteoſim, feudationes, & quælibet aliæ alienationes nullæ red-*
25 *dantur; Inquit Quidam, hæc omnia continet Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuoc dona. num. 16. & hoc decretum operatur, vt facta in contrarium irrita ſint, & nulla, gratiaq́;, & inde ſecuta perimit. c. ſi eo tempore. de electio. in 6. Gomeſ. ſuper regul. Cancel in regul. de trien. poſſ. q.*
26 *49. num. 3. & iſtius irritantis decreti magna eſt virtus, vt habetur in c. 1. de conſtit. in c. dilecto. de præben. vbi tale decretum poſitum eſt in lege, tanta pollet efficacia, vt ſufficiat illud à parte allegari, vel à Iudice etiã, vt actus ipſo Iure ſit nullus. Ant. Imol. Abb. in c. cæterum. de re-*
27 *ſcrip. & virtus iſtius decreti irritantis eſt, vt pro illicito habeatur quicquid in contrarium fuerit factum, & per*
28 *eum feriri etiam ignorantem. c. dilecto. de præb. & c. pen. eod. tit. in 6. & contra legem etiam humanam decreto irritanti munitam non videtur poſſe induci conſuetudo vali-*
29 *da per c. ſtatutum. §. fin. de reſcr. in 6. Guliel. à Monte laud. in clem. ſi Romanus. ſuper verbo cum de præbendis, & partium conſenſu in contrarium induci quicquam*

*poteſt*

*poteſt. c. dilecto. & ibi etiam Abb. de præb. & hoc quoque*
30 *receptum agnoſcimus, vt per ipſum forma ſubſtantialis inducatur, quæ ad vnguem ſeruari debet, ne quid variari, vel immutari poſſit, aut per æquipollens ſuppleri Bal. Ang. vterque, Imo. Iaſ. in l. 1. ff. de libe. & poſth. Roma. conſ. 66. viſo. num. 2. Iaſ. in l. non dubium. num. 17. C de legib. & hinc eſt, quòd licèt noua conſtitutio non liget, niſi*
31 *poſt duos menſes à die publicationis. Auct. vt factæ nouæ conſtit. gloſ. in c. 2. de conſtit. Tamen ſi adſit irritans clau*
32 *ſula, ſtatim ligat etiam ignorantes. gloſ. in c. 1. de conceſ. præb. in 6. ſed illud ſciendum, quod ligat ignorantes quoad nullitatem actus, non autem quo ad pœnam. gloſ. in clem. 2. de hæret. Abb. in clem. 1. de electio.*

33 *Prætermittendum, & illud non erit decretum irritans ita demum operari, ſi impetrans, eo vti velit. Ioan. Menac. in c. ſtatutum. de præben. in 6. Alex. conſ. 173. circa fin. vol. 2. Bal. in l. fin. C. de reuocan. donat.*

34 *Sed non erit extra materiam perquirere nũquid per decretum irritans tollatur ſequens, & futura lex?*

*Videtur affirmatiuè concludendum eſſe; nam lex futura re-*
35 *ſpicit. c. 2. de conſtit. legis enim natura eſt formam futuris dare rebus, non præteritis negotijs, niſi tamen de præteritis, & pendentibus ſit facta mentio. l. leges, & conſtitutiones. ibi Bar. & gregatim ſcrib. & Bal. ſpeciatim. C de legib. Iaſ. in l. ſi quis quemquam. C. ſi quis cuutio. Abb. in c. 1. de immunit. Eccleſ. debet igitur huiuſmodi decretum, ſeu legis ſanctio futuris etiam præiudicare legibus, aliàs nempe fruſtratoriè fuiſſet appoſitum. Accedat & illud fruſtra*

*tales clauſulæ fuiſſent adinuentæ, quando futuram legem
non impedirent, quod non eſt dicendum, vſu enim exigen-
36 te leges conſtituũtur. §. Ius autem ciuile. Inſt. tit. de iur. nat.
gen. & ciui. hinc etiam habemus in prouiſionibus poſt talẽ
legem factis, ſi præteritæ legi derogare in animo habeamus,
in ſpecie debet fieri mentio de præterita illa lege actum no-
ſtrum annullante, aliàs irritum formabimus proceſſum.
Pariſ. conſ. 51. conſiderata. num. 38. & conſ. 40. vol. 4.
quod quidem nullum eſt, & nullum præſtat impedimentũ.
Contrarium tamen eſt dicendum, notiſſimum quidem eſt illud
dictum parem in parem non habere imperium. l. ille à quo
§. tempeſtiuum. ff. ad ſen. conſ. Treb. quomodo ergo dice-
mus hanc clauſulam illaqueare futuras leges? legis ſan-
37 ctio ad communem vtilitatem dirigi debet, Iſidorus inquie
bat, lex eſt nullo priuato commodo, ſed pro communi vti
litate omnium ſcripta, & ſuggerente vtilitate publica,
quod prius æquum, & iuſtum erat, ex rerum euentu effi-
citur iniuſtum, vt per Ariſt. 5. Ethic. L. Valer. lib. 4. de-
cad. 4. ſic inquit, ego enim quemadmodum ex ijs legibus,
quæ non in tempus aliquid, ſed perpetuæ vtilitatis cauſa
in æternum latæ ſunt nullam abrogari debere fateor, niſi
quam aut vſus coarguit, aut ſtatus aliquis Reip. inutilem
fecit, ſic quas tempore aliquo deſiderarunt, leges mortales
38 (vt ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe video,
quæ in pace latæ ſunt, plerunque bellum abrogat, quæ in bel-
lo, pax, vt diximus, ecce tibi lex perpetua, tamen muta-
bilis, vt ſtatus Reip. mutatur, ita & leges perpetuæ qui-
dem durante ſtatu illo, quo latæ ſunt, pacis, vel belli, ſi*

lex

*lex mutatur, & etiam mutari pœnam legis fatebimur.*

*Sed dicet quis, quamobrem in conceßione Principis in reſcripto fieri debet mentio legis anterioris contrarium diſponentis?*

*Dicimus quidem illud eſſe verum, cum verſemur in lege reſpiciente fauorem particularis hominis, ſecus autem eſt vbi noua ſancitur lex illi priori contraria.*

*Inquit textus, ſi quis, & ſic maſculinum reſpicit genus, fac*
39 *eſſe mulierem contrauenire, nunquid comprehendi dicemus?*

*Videtur quod non, quotus quiſque ignorat Maſculinum con-*
40 *cipere fœmininum, vbi in fauorabilibus verſamur. l. qui duos. ff. de leg 3.*

41 *Tamen in caſu uoſtro contrarium eſt dicendum, nam iſta dictio, Quis, comprehendit tam maſculos, quàm fœminas. l. ſi quis id, quod. ff. de Iuriſdictio. omni. iudi. l. 1. ff. de verb. ſign. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. lex nempe generaliter loquitur, & vtrumque comprehendit ſexum. Rebuff. vidend. in l. 1. ff. de verb. ſign.*

QVICQVAM

# QVICQVAM ALIENARE, &c.

## *SVMMARIVM.*

1 Verbum reſpiciens futurum tempus non diſponit in præſenti.
2 Verbum præſæns non trahitur ad futurum.
3 Dictio, Quicquam in minimo verificatur.
4 Capitulum terulas non eſt correctum.
5 Dictum generale vnius Authoris intelligitur prout ſpecialius aliàs eſt expreſſum.
6 Dictiones generales reſtringuntur ſecundùm terminos.
7 Dictio nulla in totum negat.
8 Quod fit lege vetante, nullum eſſe dicitur.
9 Sententia lata contra iuris ordinem eſt nulla.
10 Factum contra ordinem Eccleſiæ non ſubſiſtit.
11 An malęfidei poſſeſſor deducat expenſas.
12 Fructus dicuntur deductis expenſis.
13 Hæres indignus priuatus hæreditate deducit expenſas factas.
14 Prouiſio de beneficio facienda intelligitur deductis expenſis.
15 Decimæ debentur abſque onere expenſarum.
16 Alienatio nulla non confirmatur per Prælatum.
17 Confirmatio Prælati non præiudicat Eccleſiæ.
18 Durante minori ætate non currit tempus minori.

Succeſſor

19 Succeſſor in benefitio infringit locationem à prædeceſſore factam.

20 Alienata per Maritum vendicantur per vxorem eo mortuo.

21 Durante ætate pupillari non currit præſcriptio tũc temporis inchoata.

22 Eccleſia ęquiperatur pupillo;

23 Tutor ęquiperatur Prælato.

24 Eccleſia in integrum reſtituitur, licèt ſucceſſor deſtiterit doloſè agere.

25 Eccleſia reſtituitur, vbi grauamen eſt ſucceſsiuum.

26 Eccleſia conſeruatur indemnis, & habet recurſum contra hęredes Prælati.

27 Statutum imponens pœnam venditori, an comprehendat emptorem.

28 Prohibitio realis comprehendit ambas partes.

29 Prælatus adminiſtrator rerum Eccleſiæ.

30 Prælatus in dubio præſumitur rectè adminiſtrare Eccleſiaſtica bona.

31 Poſita ad amouendam dubitationem, non dicuntur ſuperflua.

32 Superfluum non dicitur expreſſum in ſpecie, quòd prius erat in genere.

33 Beneficiarius excommunicatus ſuos non facit fructus.

34 Excommunicatio ſecum trahit eſſecutionem.

35 Excommunicatus, & abſolutus an faciat fructus ſuos medij temporis.

Excom-

36 Excommunicatus ob proprium delictum non recuperat fructus amiſſos.
37 Dictio, Aut, ſtat diſiunctiuè, & ſat eſt alteram partem eſſe veram,& aliquando coniunctiuè.
38 Dictio, Vel, quid importet.
39 Forma data à lege ad vnguem eſt ſeruanda.
40 Abbas dicitur habere dignitatem.
41 In Abbate non requiritur magna ſcientia,& quanta.
42 Dignitas in Abbate quomodo vocetur.
43 Abbas ponitur in ordine clariſsimorum.
44 Abbas efficitur Ciuis ciuitatis, in qua eſt Abbas, nec deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.
45 Interdicere quas ſignificationes habeat.
46 Interdictum vnde dicatur.
47 Interdictio aquæ,& ignis vnde dicatur.
48 Interdictum Eccleſiaſticum vnde.
49 Interdictus non poteſt eligi in Prælatum.
50 Interdictum, excommunicatio, ſuſpenſio, in quibus conueniat.
51 Interdictum quodnam dicatur:
52 Interdictum à quibus ſuſpendat.
53 Interdictum eſt ſub conditione.

QVICQVAM ALIENARE PRAESVMPSERIT.

*Sed quid ſi iam facta eſt alienatio, quid ſi alienabatur tempore quo conſtituebatur lex iſta, nunquid alienatio nulla erit dicenda?*

1 *Ex hac lege negamus, verbum enim futurum reſpiciens non diſponit in præſenti. l. ſi ita. ff. de aur. & arg.*
2 *leg. ſic præſens nõ trahitur ad futurum. Alex. conſ. 189. col. 3. vol. 2. Caſtr. conſ. 357. col. 2. vol. 1. & 173. col. 1. vol. 1.*

*Hic dubitari poſſet an correcta ſit conſtitutio illa c. terulas. 12. q. 2. & alia iura ibi deſcripta; in quibus habetur modica quædam per Epiſcopum alienari poſſe?*

*Videtur dicendum quod ſic, nulli enim dubium eſt talem di-*
3 *ctionem, Quicquam, in minimo quoque verificari. Bar. in l. ſi ſeruum. in §. prætor in 2. not. ff. de acquir. hæred. & eſt dictio vniuerſalis, quæ nihil penitus excludit. l quacunque ratione. ibi not. de procurat. l. hoc articulo. ibi Bart. num. 6. ff. de hæredi. inſtit. c. ſolitę. de maior. & obedien. & Quicquam, ſeu Quidquam idem eſt, quod omnia. Bar. in l. quæ omnia. §. planè. ff. de procurato & quod iſta dictio includat omnia, eſt tex. in l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. c. 2. de obſeruat. ieiun.*

4 *Contrarium tamen dicendum eſt, nam ſuperius dixerat Papa, ſe prohibere alienationes præterquam in caſibus à Iure permiſſis, ſed inter alios caſus reperitur iſta conceſſio modicarum rerum, ergo per huiuſmodi dictionem non cenſetur derogatum iuribus illis, Nec negocium facit dictio illa,*

*Quicquam, quoniam intelligi debet non reſpectu corporum, rerum, ſed reſpectu qualitatum, nam generalis dictio prædicatur non de re minima tantum, ſed etiam de ſingulis corporibus, & ita intelligi debet in caſu noſtro, & ſic euitatur correctio legum;*

5 *Ad hæc generale dictũ vnius Auctoris debet intelligi, prout alias ſpecialius fuit expreſſum. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notum ff. de teſtam. arg. c. generi per ſpeciem. de reg. iur. in 6. l. in toto. ff. eod. Nec Iuri repugnat, quòd verba vniuerſalia recipiant reſtrictionem per alia iura, à quibus reſtrictionem capere poſſunt. Alex. in l. 1. num. 9. in fin. ff. de leg. 1. facit tex. in Auct. offeratur. C. de lit. conteſt. & ta*

9 *les dictiones vniuerſales reſtringuntur ſecundum terminos l. ſciendum ff qui ſatiſd. cogan. & ſic iſte textus debet declarari per textum in d. c. terulas. facit §. primus. Inſt. tit. de donat. qui declaratur per tex. in §. nec caſtrenſe. illo tit.*

## NVLLIVS OMNINO SINT ROBORIS, VEL MOMENTI.

7 *Dictio, Nulla in totum negat. l. 1. §. vtrum. & ibi Bart. de reb. dub. per huiuſmodi igitur clauſulam adeo vulneratur quicquid in contrarium fuerit factum, vt penitus extinguatur, ſeu magis in eſſe non deducatur, quod etiam fit le-*

8 *ge vetante, vbi oritur ibi extinguitur, quia nullum eſſe dicitur. §. ſi aduerſus. Inſt. tit de nupt. immo caret nomine, quo alias vocaretur. l. non putauit. §. non quæuis ff. de bono. poſſ. ſec. tab. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. & hinc habe*

9 *mus, quòd ſententia lata contra iuris ordinem dicitur nulla,*

la, & ſententiæ nomen non meretur. clem. paſtoralis. de
re iudi. Dec. conſ. 499. col. 4. & actus nullus non dicitur
actus. l. 1. §. ſicut. ff. de oper. lib. & factum contra interdi-
10 ctum, ordinemq; Eccleſiæ nullatenus ſubſiſtit, vel ratum
haberi poteſt. c. videtur. 35. q. 6.
11 Sed dubitari vſu euenit, Quis ex re aliena percepit fructus,
& reſtituere eſt grauatus, tamen in illis curandis, nec non
colligendis non nullos fecit ſumptus; nunquid (erat malæfi-
dei poſſeſſor, vel & prædonem dicamus) huiuſmodi im-
penſarum iacturam facere affirmabimus?
12 Dubij ſolutio ex eo patet, fructus illi demum dicuntur, qui ſu
perſunt deductis expenſis, quæ colligendorum, quæ rendo-
rum, & conſeruandorum gratia fiunt, ita atteſtati ſunt
Vlp. & Paul in l. fructus ff. ſol. matr. in l. ſi à domino.
§. vlt. de petit. hæred. l. quod in fructus. ff. de vſur. quod
& affirmarunt etiam Imperatores Diocletianus, & Ma-
ximianus in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. Ad rem igitur
noſtram ſi iſte fructus reſtituere tenetur extantes, & illi
dicuntur ſolum extare deductis expenſis, neceſſario eſt di
cendum, tales expenſas ſibi retinere, ita Imperatorem Gor
dianum Muniano militi ſcripſiſſe receptum eſt. l. demum.
C. de rei vendit. quia & illud ad Iuris tramitem citra er-
roris culpam deducemus, ſi municipali ſit ſancitum lege
13 integros fructus ab hærede indigno auferendos, & eos qui-
dem Fiſco dandos, adhuc tamen ij fructus dumtaxat in
reſtitutionem venient, quos deductis ſumptibus ſupereſſe
cognoſcemus, ita poſteris ſcriptum relinquere illa duo ma-
gna in Cæſareo iure luminaria Bal. & Saly in l. 1. C. de

*fruct. & lit. expenſ.*

*Illud quoque addere haud graue nobis erit, Summus Ponti-*
14 *fex mandauit alicui prouideri de beneficio proximè va-*
*caturo, ex quo modia quinquaginta annuatim percipian-*
*tur, tamen ſi deductis impenſis non ſuperſint illa quinqua-*
*ginta, de hoc beneficio prouiſio fieri nequibit; neceſſe enim*
*eſt illum adimpleri numerum amotis ſumptibus. Bal. in d.*
*l. 1. C. de fruct. & lit. expen. Cuma. in l. fructus. ff. ſol.*
*matr. Caſtr. & Iaſ. in l. non amplius ff. de leg. 1.*
*Ceſſat autem iſta Doctorum ſententia vbi in decimis verſa*
15 *mur, nam decima, vigeſima, vel qualibet alia portio ſol-*
*uenda liberè venit, ita Celeſtinus tertius in c. non eſt. de*
*Deci. c. tua. c. paſtoralis. c. cum non ſit illo tit. quòd alias*
*à nobis pertractandum ſeruamus, & interim digreſſio-*
*ne poſthabita ſemel ſumptum repetamus argumentum.*
16 *Sed quid erit dicendum, vbi facta eſt alienatio non ſeruatis*
*ſeruandis, nunquid ſubſecuta confirmatione, vt quia Præ*
*latus per plures annos ſuſcepit penſiones valebit, ſeu con-*
*ualidabitur?*
17 *Dicendum eſt, quod non, nam confirmatio facta per Prælatũ*
*non præiudicat Eccleſiæ, durante enim illius vita Eccle-*
*ſia non poterat illa vendicare, & ſic tempus non currebat,*
18 *ſicut in ſimili habemus, quod durante minori ætate non cur*
*rit aliquod tempus minori, quin ratione præſcriptionis in in-*
*tegrum reſtitui poſſit. l. fina. ibi gloſ. & omnes. C. in quib.*
*cauſ. reſtit. non eſt neceſ. l. ſicut C. de præſcrip. 30. ann.*
*Ad rem igitur noſtram dicemus, quod ſucceſſor poterit*
19 *vendicare, ſeu locationem infringere. Bar. in l. magis pu-*
*to. §.*

*to. §. ſi pupillus in prima lect. ff. de reb. eor. in l. qui fundū.*
*§. ſi tutor. ff. de procur. gloſ. in c. 1. de in integr. reſtit. in 6.*
20 *ſicut dicere etiam ſolemus, quòd alienata per maritum*
*vendicat vxor ſoluto matrimonio. not. in l. dote. C. de rei*
*vendic. Bal. in c. cum contingat. de iureiuran. Idem in l. ſi*
*pretium. C. de iur. dot. Alex. conſ. 90. par. 4. Sic dice-*
21 *mus de pupillo, cui præſcriptionis non currit tempus inchoa-*
*tum in pupillari ætate durante huiuſmodi ætate. l. fina. ibi*
*Bar. & gloſ. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſ.*
22 *ſic neque Eccleſiæ, quæ pupillo æquiperatur. gloſ. fin. in l. ſi*
*procurator. de Iure Fiſci. gloſ. 1. in l. ſi præſes. & ibi ſcrib.*
*C. quomo. & quan. iud. gloſ. in l. ciuitas. vbi Bal. & Bo-*
23 *logn. ff. ſi cert. pet. ſic etiam tutorem, & Prælatum æquipa*
*rari dici ſolitum eſt, quatenus ſcilicet materia patitur. glo.*
*fin. in c. ex præſentium. ibi Abb. de pign. Dyn. in c. deli-*
*ctum. de reg. iur. in 6. Fely. in c. cum deputati. num. 8.*
*de Iudi.*

24 *Sed quid ſi iſte ſucceſſor doloſè agere diſtulit, vel non doloſè,*
*ſed diſtulit, nunquid Eccleſia in integrum reſtituetur?*
*Communiter ab omnibus receptum eſt Eccleſiam reſtitui, not.*
*in c. 1. de in integ. reſtit. in 6. ſic etiam vbi apparet de eui-*
*dentiſſimo damno. gloſ. in d. c. 1. vbi Abb. & alij. Ang.*
*de actio. §. rurſus. col. 6. Aufre. Capella Tholoſ. q. 138.*
25 *Abb. in c. veniens. de reſcrip. in 6. ſed etiam vbi graua-*
*men eſt ſucceſſiuum, quia tunc datur etiam poſt quadrien-*
*nium in integrum reſtitutio, not. per Butr. in c. ex parte. in*
*12. col. de reſtit. ſpol. quia atteſtatur ſuper ſucceſſiua læ-*
*ſione reſtitutionem in integrum poſſe peti.*

26 *Sit itaque firma, ſtabiliſq; couclusio, eccleſiam indemnem ſemper fore ſeruandam, etiam in lucro ceſſante, cuius ratione recurſum habet contra Prælatum, vel eius hæredes. gloſ. in § poteſt. verſ. perueniat. 16. q. 3. Abb. in c. 1. in 3. col. de reſtit. in integr. Fely. in c. accepimus. de fide Inſtr. vt & alibi diximus.*

ET TAM QVI ALIENAT. *Quærunt ſcribentes*
27 *tes quid ſi ſtatutum prohibendo venditori ne vendat ſub certa pœna, nunquid comprehendat etiam ſub ſe emptorem?*

*Tenent quòd ſic vbi eadem ratio poteſt tam in venditore, quàm in emptore conſiderari Bar. & ſcrib. in l. 1. C. de cupreſ. lib. 10. & eſt tex. in l. fin. & ibi Iaſ. & omnes. C. de indic. vidui. toll. paßim ſcrib. in l. ſi conuenerit ff. de pactis. Bal. in l. 1. ff. ſol. matr. Eucrar. in ſua centur. nu. 76. Boer. latè deciſ. 48. & præſuppono num. 4. vbi enim pro-*
28 *hibitio eſt realis, vt certa res non diſtrahatur, comprehendit ambas partes. faciunt quæ dicebat Iſer. in l. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. per l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mod pign. vel hypot. ſol. & ſic videtur ſuperfluum, vt in caſu noſtro fuiſſe appoſitum, quòd tam acquirens, quàm qui alienat. legali ſubiaceat cenſuræ. Tamen quia diſpar ratio videbatur conſiderari, & ſic difficultas oriebatur, hac de cauſa prohibet Papa, & pœnam imponit venditori, & emptori, diſpar erat ratio ex eo, quia Prælatus tenetur rerum Eccleſiæ curam gerere, illas non alienare, quod non eſt in ementis perſona Prælati, & aliæ Ec-*
29 *cleſiaſticæ perſonæ adminiſtratores ſunt eccleſiaſticarum*

rerum

*rerum c. conuenior. 12 q. 1. c Epiſcopus. c. pen. & eſt tex. in c. edocemur. de reſcrip. c. 2. de donat. c. Epiſcopus. 14. q. 1. & illud in Euangelio, ite vos in vineam meam (vti diſpenſatores ſacrarum quidem rerum, & bonorum temporalium) & quod iuſtum fuerit dabo vobis, ſed pro ad-*
30 *miniſtratore, pro diſpenſatore in dubio viget præſumptio, eoſdem vtiliter negocia pertractare. l qui fundum. §. empto. ff. pro empto. l. 1. num. 4. ibi Bart. ff. de off. procur. Cæſar. Qui ergo cum Prælato conueniret de Eccleſiaſticis rebus, huiuſmodi præſumptionem allegare poſſet, & quatenus malè adminiſtraſſet negocia, eundem tantum puniendum fore; dicamus igitur his de rebus ad amouendam dubitationem vtrique imponi pœnam, vt ſcilicet tam alienans, quam recipiens eadem puniatur pœna, videlicet excommunicati intelligantur, & quæ ponuntur ad maiorem*
31 *declarationem, & ad dubitationem amouendam nunquã ſuperflua ſunt dicenda. §. ius autem. Inſt. tit. de patr. poteſt.*
32 *& ſic etiam non dicitur ſuperfluum, quando exprimitur, quid in ſpecie, quod prius erat expreſſum in genere. tex in c. nimis el 1. de exceſſib. Præl. Dec. conſ. 77. col. fin. Idẽ conſ. 517. in ſententia in 2. col.*

*Sit itaque ex hac conſtitutione noſtra ſancitum, vt tam alienans, quàm recipiens in excommunicationis incidat labem.*

33 *Sed non erit extra propoſitam materiam, an Beneficiarius excommunicatus ſuos faciat beneficij fructus?*

*Negatiuè tenendum eſt, Innocentius tertius reſcripſit; illi meritò prouentus Eccleſiaſtici denegantur, cui Eccleſiæ communio*

*munio denegatur c. paſtoralis.§. verum. de appella. Quod verum licet in appellationis ſubterfugium proruperit, nam*
34 *excommunicatio executionem ſecum trahit, & quòd ipſo iure excommunicatus ſit priuatus fructibus beneficij, tenuit Abb. in d.c. paſtoralis. Fely. in c. Apoſtolicæ. col. 3. de exceptio. Ripa in c. 1. num. 27. vbi de communi. de Iudi. Put. deciſ. 28. incip. die 6. Martij lib. 1. ſic itaque in re noſtra iſte alienans excommunicatus cum ſit ſuos non facit fructus.*

35 *Sed quid dicamus, ſi quis fuit excommunicatus, deinde abſolutus, nunquid fructus medij temporis ſint reſtituendi? Si quidem eum iniuſtè excommunicatum fuiſſe conſtitit, nulla dubitatio eſt, quin omnes excommunicationis tempore percepti ei reſtitui debeant, extat enim vetus Alexandri primi decretum. c. ſuper cauſa. 2. q. 5. ſin autem iuſta de cauſa excommunicatum agnoſcemus, tunc diuerſum tenendum eſſe affirmabimus; Iſte enim ob proprium perpe-*
36 *tratum delictum nunquam amiſſos recuperabit fructus, ita Diuus Gordianus in l. cum allegatos. C. de re milit. lib. 10. ibi de deſertore militiæ, & hanc diſtinctionem Abb. deduxit, & plerique alij in præcitato c. paſtoralis.*

ALIENANTI VERO' BONA. *Non eſt ſatis ad euitandas pœnas in alienatione facienda Romanũ conſulere Pontificem, ſed requiritur quòd alienatio ſit iuxta tenorem iſtius Extrauagantis, aliorumq; Iurium de alienatione rerum Eccleſiarum diſponentium, & hoc ad euitandum ſubreptionis, & obreptionis vitium. Vnde ani-*
37 *maduertendum eſt, quòd illa dictio Aut diſiunctiuè ſtat,*

ita

*ita quod ſatis eſt alteram eſſe veram, ſeu falſam. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit.*

38 *Aliquando tamen capitur coniunctiuè, vt dicimus de dictione, Vel, quæ idem importat. l. Vinculorum appellatione. ff. de verb. ſign. & tunc vtrumque eſt neceſſarium. gloſ. in c. 2. de conſt. in 6. & ita hìc duo requiruntur coniunctim, & aſſenſus ſedis Apoſtolicæ, & quòd alienatio ſit iuxta iſtius conſtitutionis tenorem, vbi per ſtatutum, per legem certa,*

39 *& determinata in aliquo actu perficiendo datur forma, illa quidem ad vnguem eſt ſeruanda. Boer. deciſ. 1. num. 40. & deciſ. 124. ſub num. 9. 10. Fely in c. quondam frequenter. col. 3. & 4. vt lit. non conteſt. in c. cum dilecta. col. 15. verſ. amplia decimo. de reſcript.*

ABBATIALI PRAEFVLGEAT DIGNITATE.

40 *Ex hoc textu colligitur, quòd Abbas dicitur habere dignitatem, ſicq́; honorem, hoc idem referebat Abb. in c. 2. de Iudi. & ante Card. Florent. in clem. 1. col. 1. de reſcrip. qui inquit nomen Abbatis, & Abbatiæ eſſe nomen dignitatis, & honoris, non tamen oneris, & ſolicitudinis, & Fely. in c. meminimus. de accuſa. qui loquitur de Abbatiſſa, vt habetur in c. 2. num. per Philip. Franc. de præben. in 6. poſt Lapum alleg. 84. col. 5. in fin. & hinc eſt quòd in Ab-*

41 *bate non requiritur magna ſcientia, vt per Innoc. & Dec. in c. cum in cunctis. num. 18. de electio. ſed ſat eſt tantam habere ſcientiam, quantam clericum ſcire neceſſe eſt ita Dec. ibi. Idem in c. decernimus. num. 23. 4. de Iudi. Iſta autem dignitas in Abbate, & in alijs Præpoſitis Eccleſia-*

42 *ſticis dicitur præeminentia, ſed adminiſtratio rerum Ec-*

*cleſiaſticarum cum iuriſdictione Abb. in c. de multa. de Præb. Rebuff. de pacif. poſſeſ. num. 84.*

*Sed in quem ordinem ponendum dicemus? Dico ex mente*
43 *Iaſ. in l. 1. num. 19. ff. de iuriſd. omni. iud. in ordine clariſsimorum, & vicepræſidum, & is titulus eſt quartus, & vltimus inter titulos dignitatum, vt per Iaſ. dicto loco. Spec. in tit. de iuriſd. omni. iud. col. 3. Dec. viden. in d. c. decernimus. num. 4. qui in medio dignitatum gradu ponere videtur, & Abbas ea fruitur prærogatione, vt effi-*
44 *ciatur Ciuis illius ciuitatis, in qua eſt Monaſterium, nec deſinit eſſe ciuis propriæ ciuitatis. Bar. in l. 1. vbi Alex. ff. ad Municip. in l. Ciues. C. de incol. lib. 10. & eſt ordinarius Iudex Monachorum: Innoc. in c. cum ab Eccleſiarum, & c. quarto. de offi. ordi. in c. perceptionem. de priu. in 6.*

## INGRESSVS ECCLESIAE INTERDICTVM.

45 *Inter cæteras ſignificationes iſtius dictionis Interdicere, vna datur, quæ eſt prohibere, vetare, vt dicebat doctiſsimus Alciat. in l. 2. diſpunctio. c. 27. & Sueton. in vita Sergij Galbæ pari ſeueritate interdixit commeatus peti. Couar. in conſtit. Alma Mater. §. 1. num. 1. de ſent. excom. par.*
46 *2. & tunc non dicitur interdictum, quaſi inter duos dictũ, vt gloſ. Bar. & turmatim alij in l. 1. §. 1. ff. de noui oper. nunc. & vt antiquitus non nullis de criminibus interdicen-*
47 *do aqua, & igni ſontes puniebantur tanquam perſonæ, quæ non tantum humana ſocietate indigni eſſent, ſed etiã immeriti, vt his duobus frueretur elementis, ſine quibus vi tam ducere nequimus, ita referebat Salamonius in l. Gallus.*

48 *lus.§.& quid.ff. de libe. & poſth. Hinc adinuenta Eccle-ſiaſtica interdicta, quibus improbi arcentur ab ingreſſu in Eccleſiam à ſacramentorum perceptione, & collatione, & ab Eccleſiaſtica ſepultura, & ſic de ſingulis, & iſte dicitur interdictus à diuinis, vel ab ingreſſu Eccleſiæ, &*
49 *interdictus non poteſt eligi in Prælatum. c. ſi ſententia. c.*
50 *is cui. de ſent. excom. in 6. & quia in tex. habemus excommunicationem, interdictum, ſuſpenſionem; in quibus conueniant, & differant. viden. eſt Barba. in repet. c. Raynaldus. col. 101. Ioan. de Anan. in rubr. de cleri. excom. miniſtr.*

51 *Interdictum igitur ad rem noſtram propriè dicitur ſuſpenſio à diuinorum officiorum, ſacramentorumq; actiua, & paſſiua celebratione reſpectu alicuius loci, vel perſonarum facta. tex. in c. 1. de offi. deleg. c. non eſt nobis. de ſponſ. c. quod in te. de pœnit. & remiſſio. Calder. de interd in princ. num. 2. & ſic interdicta loca interdicta, & perſona, quæ non poteſt in Eccleſiam introire c. præſenti. de ſent. excom.*
52 *in 6. ſuſpendit, & à celebratione ſacramentorũ, & perceptione, & collatione, & ab Eccleſiaſtica ſepultura. c. ſi ciuitas. de ſent. excom. In caſu noſtro huiuſmodi interdictũ eſt reſpectu perſonæ, & infigitur ſub conditione, vt ceſſet*
53 *ceſſante cauſa. c. dilectis. & ibi Decius in 6. no. ab. de appellat. ex natura interdicti; ſed in negocio noſtro, vt abſoluatur, requiritur Eccleſiam indemnem reddi, & ſic ad priſtinum reduci.*

# ET SI PER SEX MENSES.

*SVMMARIVM.*

1 Contraueniens huic conſtitutioni debet infra ſex menſes petere abſolutionem, aliàs cenſetur irregularis.

2 Suſpenſus pertractans diuina incidit in irregularitatem.

3 Pertinax in petenda abſolutione non caret ſuſpitione hæreſis.

4 Afflictio non eſt addenda Aflicto:

5 Suſpenſus an faciat fructus ſuos.

6 In odioſis quicquid non eſt expreſſum cenſetur remiſſum.

7 Excommnnicatus obtinens beneficium non facit fructus ſuos:

8 Textus noſter in quo alteret ius commune.

9 Perſiſtens in excommunicatione per annum eſt priuatus benefitio, vbi crimen eſt notorium.

10 Prælati inferiores priuantur benefitijs contraueniendo huic conſtitutioni.

11 Suſpenſio dupliciter conſideratur ab offitio, & adminiſtratione, & differunt.

12 Epiſcopi ſuſpenſio nocet Vicario quoad iuriſdictionem.

13 Vicarius gerit vicem Epiſcopi.

14 Suſpenſus à regimine benefitij an ſit ſuſpenſus à benefitio:

Suſpen-

15 Suſpenſus ab offitio, & beneficio non poteſt obtinere beneficium.
16 Prælati tripliciter conſiderantur.
17 Prælati propriè qui dicantur.
18 Prælati qui dicantur publicę perſonę.
19 Papa quando veniat appellatione Prælatorum.
20 Prælati latè qui dicantur.
21 Comiſsio facta à Prælato, de quibus ſit intelligendum.
22 Prælati latiſsimè qui dicantur.
23 Pręlatus dicitur ille, qui ad nutum ſuperioris reuocatur.
24 Miniſter fratrum minorum dicitur Pręlatus.
25 Prælati vnde dicantur.
26 Comendatarius non venit appellatione Prælatorũ.
27 Comendatarij ſunt ſimplices cuſtodes.
28 Comendatarij quam poſſeſsionem habeant.
29 Comendatarij hodie ſuos faciunt fructus.
30 Comendatarius Abbatiæ dicitur verus Abbas.
31 Dictio, ipſo facto, quid denotet.
32 Dictio, ipſo facto requirit ſententiam declaratoriam.
33 Dictio, ipſo iure requirit ſententiam declaratoriam delicti.
34 Diſpoſitio ipſo facto non excludit factum hominis.
35 In pœnalibus, ipſo facto, non admittit pœnitentiam.
36 Ipſo facto in caſu noſtro nõ admittit declarationẽ.

ET

## ET SI PER SEX MENSES.

1 INſra ſex menſes ab huiuſmodi interdicto contrauenìens huic conſtitutioni noſtræ ſe eximère debet, aliàs qui obdurato perſiſtit animo, à regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ eſt ſuſpenſus. & cenſetur irregularis not. in c. 1. cum gloſ. de poſtul. præla. in c. fin. de exceſſib. præla. & hoc verum eſt ſiue à beneficio quis ſit ſuſpenſus, vel ab officio c. qui inquiſitionem, & ibi gloſ. viden. de electio. c. cum dilectus.
2 de conſuet. & ſi ſuſpenſus diuina pertractare audeat in irregularitatem incidit. c. is cui. de ſent. excom. in 6. quinimo ſi pertinax non reſipiſcit excommunicatur c. cum tu. §. præterea. de vſur. & ſi rurſus fuerit pertinax, ſu-
3 ſpicione hæreſis (vt inquit Hoſtien. in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſ.) non carebit c. fin. de pœnit. Vnde ex his colligere poſſumus, quòd cum in Extrauaganti noſtra duplicem ut pœnæ, argui delicti grauitatem, cum ta-
4 men aliàs afflicto non ſit addenda afflictio. c. ſi quis à proprio. 11. q. 5. c. 1. §. Scriba. de probib. feud. aliena. per Federi:

5 Sed dubitatur nunquid talis ſuſpenſus ſuos faciat fructus? Hic cum Papa nullam faciat mentionem, videtur dicendũ, quòd non; ſumus nempe in odioſis, in quibus ſtricta debet
6 interpretatio fieri, & quicquid non eſt expreſſum, cenſetur remiſſum. ſcrib. in c. odia. de reg. iur. in 6. in l. ſi de interpretatione ff. de pœn. l. quicquid aſtringendæ. de verb. obl. l. cum quidam. & ibi Bar. ff. de liber. & poſthu. Franc. Aret. in l. cum lege ff. de teſtam.

Contra-

*Contrarium eſt dicendum nam iſte Prælatus laqueo excommunicationis irretitus detinetur, vt ſupra dixit Pontifex ibi, & tam qui alienat. & excommunicatus beneficium*
7 *obtinens ſi percipiat fructus, eos quidem ſuos minimè facit, immo fructibus eſt ipſo iure priuatus. Abb. & alij in c. paſtoralis. de appella. Fely. in c. Apoſtolicæ. col. 3. de exceptio. Ripa in c. 1. qui de communi. de iudi. & hæc ſuperius dicta latius fuere; cum iſte igitur abſolutionem non petierit, ſed per ſex menſes indurato animo in interdicto perſtiterit, nimirum ſi fructus ſuos minimè faciat, adq; reſtitutionem teneatur.*

8 *Ad hæc & illud animaduertendum eſt hac Extrauaganti noſtra, in eo alterari ius commune. De iure communi ſi Beneficiarius perſtiterit in excommunicatione per annum*
9 *non petita abſolutione anno tranſacto dicitur beneficio priuatus. gloſ. in c. 1. de iudi. & ibi ſcrib. Ioan. tamen Andre dicebat hoc verum eſſe, modo crimen non ſit infra annum notorium. c. euidentia. de accuſatio. Sic autem ſi per ſex menſes immediatè ſequentes in interdicto permanſerint, abſolutione, vt puta non petita, regimine, & adminiſtratione Eccleſiarum, quibus præſunt, ipſo Iure ſunt ſuſpen*
10 *ſi; Inferiores autem beneficiorum; bona, quorum alienauere, iacturam feciſſe intelliguntur, & ſic vult quod non expectetur lapſus anni, quod latè perpendit Ioan. de Selua. in tract. de beneſi. q 4. 3. par. hic autem, vt diximus, tempus eſt ſolummodo ſex menſium, & ſic non expectatur annus.*

11 A' REGIMINE. *Sciendum ſuſpenſionem ad rem noſtram*

noſtram dupliciter conſiderari, ſeu duplicem eſſe: Altera dicitur ſuſpenſio ab officio, & adminiſtratione; Altera dicitur à benificio, & maxima inter ipſos conſtituta eſt differentia; ſi quis ab officio, ſeu adminiſtratione eſt ſuſpenſus ſi diuinis ſe ingerat, efficitur irregularis. c. is cui. de ſent. excom. in 6. Sin autem à beneficio tantum, tunc non efficitur irregularis. Bal. in Marga. ſua. in verbo ſuſpenſus. verſ. 5. Extrauagans noſtra loquitur de ſuſpenſo ab
12 adminiſtratione, & regimine, & talis ſuſpenſio officit quoque Vicario vbi ſuſpenſus eſt Epiſcopus quoad Iuriſdictionem. gloſ. & ſcrib. in c. 1. de offi. Vica. in 6 quis enim igno
13 rat Vicarium vices gerere Epiſcopi, & ab eo iuriſdictionem dicitur habere. Alciat. in rubr. de offi. ordina. num. 29. & ipſius dicitur officialis clem. 2. de reſcript. c. Romana. de appella. in 6.

Sed non erit extra propoſitum obuiam ire dubio illi, nunquid
14 in caſu noſtro ſuſpenſus à regimine beneficij, dici debeat etiam à beneficio ſuſpenſus?

Tenent Doctores noſtri, quòd vbi quis ob graue delictum eſt à regimine ſuſpenſus, & à beneficio cenſeatur, ſecus ſi ob contumaciam, vel leue delictum. Couar. cap. 6. 2. par. nu. 14. de his, qui matri. imped. Sed in caſu noſtro inquit Pōtifex ab adminiſtratione, & regimine ſuſpenſum, & ſic cum lex clarè loquatur, non eſt dubitationi locus, tamen & etiam à beneficio ſuſpenſus cenſetur, vt Couar. ibi num. 13. Sed quid interſit alibi erit videndum.

15 Illud tamen addemus, quòd ſuſpenſus ab officio, & beneficio, inhabilis dicitur ad obtinendum beneficium tex. &

gloſ.

*gloſ. in c. cum bonæ. de ætat. & qualit. c. cum dilectus de conſuet. quia cenſetur irregularis. not. in c. 1. de poſtul. præla. c. fin. de exceſſ. præla. & quemadmodum excommunicatus eſt inhabilis, & indignus, ſic & iſte. Ant. & Card. per illum tex. in d. c. cum bonæ; ſin enim executionem ordinis non habeat, quomodo eos beneficia conſequi poſſe dicemus? ſcrib. in clemen. generalem. de ætat. & qualit. Domi. conſ. 33. Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. num. 254.*

INFERIORES VERO' PRAELATI. *Qui ſint hi inferiores Prælati videamus.*

16 *In primis illud vnum erit Prælatos tripliciter conſiderari poſſe, Propriè latè, & latiſſimè.*

17 *Propriè illi dicuntur Prælati, qui ordinariam habent Iuriſdictionem. Card. in clem. dudum. §. ab olim. q. 20. de ſepult ita Abb. in d. c. 1. Fely. & Dec. vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Cardinales, & tandem ſummus Ponti*

18 *fex, tales Prælati dicuntur publicæ perſonæ, & poſſunt alteri ſtipulari. Abb. in c. paſtoralis §. præterea. de offi. or-*

19 *di. & quando dicimus Papam venire appellatione Prælatorum, hoc eſt verum in exemptis. Card. in clem. 1. q. 34. de reb. eccl. non alien.*

20 *Latè qui habēt præeminentiam ſine iuriſdictione, vt plebani, ſic & rector parochialis. Barba. in c. 2. de dona. num. 2. & quando in ſupplicationibus ad ſummum Pontificem petitur cauſam quampiam committi alicui Prælato; de Præ-*

21 *latis ſine Iuriſdictione ordinaria intelligi debet, ſiue ſint Epiſcopi, Abbates, vel maiores, vel aliquam dignita-*

*tem Eccleſiaſticam habeant iuxta tex. in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6.*

22 *Latiſſimè verò Prælati ſunt Presbiteri curam animarum habentes. c. cum ab Eccleſiarum. de offi. ordi. & ita etiã dicebat Abb. in c. tua. de cleri. ægrot. in 2. not. in c. de multa. de præben.*

*Inferiores verò Prælati ſunt qui latè, & latiſſimè veniunt, quod & declarat Papa cum inquit* INFERIORES *verò* PRAELATI, *Commendatarij, & aliarum Eccleſiarum Rectores, & paulo ante ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, & illud ſciendum prout referebat Dec. in c. decernimus. num. 34. de iudi. nomine*
23 *Prælati contineri etiam quemlibet adminiſtratorem habentem perpetuum officium, etiam ſi ad nutum ſuperioris remoueri poſſit, hoc dicebat Cardi. in clem. 1. in 10. q. de electio. Vnde ex hoc tenendum erat cuſtodem, ſeu miniſtrũ*
24 *fratrum minorum Prælatum dici poſſe.*

*Vnde ex ijs inferri poterat, cauſas huiuſmodi perſonis per ſummum Pontificem committi poſſe, cum dignitatem habere dicantur, vt ibi per Dec. Card. & Domi. deducentem.*

25 *Prælati ex eo dici putabat Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. num. 81. quaſi alijs lati, & ditati; Tamen nos exiſtimamus Prælatum dici quaſi præ alijs latum, nam maior honor Prælatis habetur, quàm cæteris Eccleſiæ Miniſtris, & quàm omnibus laicis, ſunt enim Iudices, & Seniores in Eccleſia Dei, & Patres appellantur, Ideo ſi ſubditus ei ſcribat eundem Patrem appellare debet. Marti Laud. in tract. de Princip. quæſt. 10.*

COMMENTARII. *Ex hoc textu colligitur, quòd*
26 *commendatarij non veniunt appellatione Prælatorum, vñ*
*copula ponitur, quæ eſt loco coniunctionis, & inter diuer-*
*ſa poni ſolet, not. in rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Immo*
*huiuſmodi commendatarij non dicuntur, ne dum Præla-*
27 *ti, vel Rectores, ſed ſimplices appellantur cuſtodes, &*
*meri Miniſtri, detentores, & depoſitarij, ita ſcriptum*
*reliquit Oldrad. conſ. 179. Fely. in c. cum olim. col. pen. de*
*maior. & obedi. Socin. conſ. 32. num. 17. vol. 1. Caſſad.*
*ſuper regul. cancel. deciſ. 32. num. 6. Angel. conſ. 35.*
28 *Commendatarium habere tantum quandam aſininam de*
*tentionem atteſtatur, non autem aliquod ius in re, vt vo-*
*luit quoque Corn. conſ. 342. num. 5. & ſeq. vol. 1. Quare*
*ſicut is, qui rei depoſitæ cuſtodiam ſuſcipit, fructus ſuos*
*non facit, ita qui ſacerdotio ad tempus ſibi commendato*
*fungitur, fructus ſuos minimè facit, ſed hodie cum ſit re-*
29 *ceptum, vt commendæ ſint perpetuæ, non ab re dicemus*
*ipſas iuſto detineri titulo, & conſequenter commendatarios*
*ſuos facere fructus. c. dudum. il 2. de electio. c. qui plures*
*21. q. 1. Archidia. in c. ſi propter in fine. de reſcrip. &*
*de hoc, & alijs videndus Domi. in conſ. 17. pro declara-*
30 *tione, & commendatarius Abbatiæ dicitur verus Ab-*
*bas, & illi poteſt delegari cauſa à Pontifice Maximo.*
*Barba. conſ. 2. Sapienter. col. vlt. vol. 2. Rebuff. in tract.*
*de pacif. poſſeſ. num. 52. 53. 54. nimirum ergo ſi vti*
*Miniſtri rerum Eccleſiæ ſub huiuſmodi conſtitutione enu-*
*merantur, & tales commendatarij ſunt vel milites, vel*
*clerici, milites, qui paupertatis emittunt votum. Conclu-*

*ditur ergo in textu quòd omnes iſti ipſo facto beneficijs priuati exiſtant.*

31 IPSO FACTO. *Iſta dictio interpretatur, ideſt ſine Iudicis miniſterio, vt per Bal. in l. 1. C. de ſecun. nup. clem.*
32 *1. & ibi Card. de pæn. & eo ipſo idem importat, tamen requiritur ſententia declaratoria commiſſi delicti. per c. 2. de hæret. in 6. Archidi. & Ioan. Andr. in c. fælicis. de pæn. eod. lib. Fely. in c. Rodulphus. num. 28. de reſcript. & idem etiam releuat iſta dictio, quod ipſo iure, quæ etiam*
33 *dictio declaratoriam requirit ſententiam. Alex. in l. ſi quis maior. C. de tranſac. num. 13. & tamen ſi in aliqua diſpoſitione dicatur aliquid ipſo iure dandum, ſeu debitum eſſe, ſicut dicimus de falcidia, quæ reſecat ipſo iure legata.*
34 *l. plautius. §. lineam Margaritarum ff. ad l. falci. l. 1. §. ſi quis ex mortis. ff. quor. legat. non propterea excluditur factũ hominis, quin peti non debeat. Bal. in l. 1. C. ad l. Falc. ex l. panem. ff. quæ in frau. credit. ſcrib. in l. ſi conſtat. C. de compenſ. l. Scimus vbi gloſ. Bar. & alij. C. de inoff. teſtam. Tiraq. in l. ſi vnquam. in gloſ. in ver. reuertatur. num. 10. in ſeq. q. C. de reuocan. dona. Crauet. conſ. 212. num. 2. ſed redeundo ad propoſitum. Iaſ. in d. l. ſi quis maior. num. 25. vbi atteſtatur, quod omnia iura Mundi aſſerentia ipſo iure, ipſo facto, quem priuatum cenſeri debere, tamen intelligi ſubſecuta ſententia declaratoria; Idem Iaſ. in l. 3. §. quod autem ff. quod quiſque Iuris, & in conſ. 128. vol. 4. Ruy. conſ. 153. vol. 1. Bal. viden. conſ. 301. in 1. vol. Alex. in Auct. ſi quis maior, & ibi etiam Parpal. in 17. not. q. 5. C. de tranſac. per tex. in c. cum ſecun-*

*dum*

*dum. de hæret. in 6. Immo requiri citationem partis tenebat gloſ. in clem. conſtitutionem. in verbo conſtituerit. de cenſib. Fely in d.c. Rodulphus, & an detur appellatio à tali ſententia videndus eſt Fely. in d.c. Eſt benè quidem ve-*
35 *rum, quòd quando in pœnalibus verſamur, & dicitur ipſo iure, ipſo facto, quòd locus non eſt pœnitentiæ, vide Bertach. in verbo pœnitentia in delictis. num. 6. & etiam iſta*
36 *dictio idem importat quod Mox, de quo per Alex. in l. diuortio. col 4. ff. ſol. matr. Bar. in auct. ſi quis maior. C. de tranſac. facit tex. in l. pen. in verbo illico. ff. depoſ. iuncto ver. celerrimè. Tamen in caſu noſtro iſta omnia ceſſant, cum dicat ſummus Pontifex, Illaq; abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur.*

# ILLIS EXCEPTIS.

## *SVMMARIVM.*

1 DOlus nulli patrocinari debet.
2 Frater occidens fratrem, fraterna priuatur hæreditate.
3 Delictis via non eſt aperienda.
4 Maritus Interficiens vxorem, repellitur ab eius ſucceſsione, & amittit benefitium municipale.
5 Quęrere non poteſt benefitium, qui benefitium nequiuit retinere.
6 Hæres ſub fide inſtitutus de reſtituendo filio ſpurio

rio, priuatur ipſe, & ſpurius.
7 Bona relicta ſpurio ſacerdotis applicantur eccleſiaſtico Fiſco.
8 Puniendus eſt in eo, in quo deliquit.
9 Tutor malè adminiſtrans, priuatur adminiſtratione, & amplius non reaſſumitur.
10 Ingratitudine nihil turpius.
11 Ingratitudo enorme vitium.
12 Reſeruatio in beneficijs duplex.
13 Reſeruatio generalis quæ ſit.
14 Benefitia vacantia in Curia Romana dicuntur reſeruata Papæ.
15 Specialis reſeruatio quæ ſit.
16 Dictio, liberè, denotat abſolutam voluntatem.
17 Liberè denotat ſua ſponte.
18 Liberum arbitrium quis dicatur habere:
19 Quod innouatur, prius erat.
20 Nouiter creari, & innouari differunt:
21 Verbum decernimus inducit ius nouum.

ILLIS

ILLIS EXCEPTIS. *Adeo iura abbhorrent delicta, ut omnino caueant, ne ex delictis aliquod commodum aſſequantur delinquẽtes; hinc illud vulgare dictum, Dolus nulli pa-*
1 *trocinari debet; ex malitia ſua quis commodum reportare minimè meretur.l.itaque fullo.ff.de furt.c.cognoſcentes. de conſtit. In Cæſareo iure habemus, quod ſi frater fratrẽ occiderit nullo relicto hærede, quòd frater priuatur frater-*
2 *na hæreditate tanquam indignus, daturq́; Fiſco ea ſcilicet ratione, ne ex delicto fruatur commodo. l. ſi ſequens, & ibi Bar.ff. ad ſen conſ. Sylla. & in l.qui dum.ff.ſi quis aliq. teſt. probib. & Boer. latè deciſ. 28. alias enim mali-*
3 *tijs, delictis, vitijsq́; aperiretur via, quod nullatenus eſt dicendum. c.odia.de reg.Iur.in 6. l. quoniam.ff. de pact. dota,l.1.ff. Nautæ caup. ſtabul. immo & omnibus deſcendentibus nocet, vt ibi per Bart. & illud conſtitutum habe-*
4 *mus, ſi Maritus vxorem interfecerit, repellitur ab eius ſuc ceſſione. ita dicebat Bal. in l. Maritus. verſ. extra quæro qui occidit vxorem.C.vnde vir, & vxor. & Dec. ibi quoque num. 11. & à iure etiam Municipali priuatur lucro. l. ab hoſtibus.§.ſi vir.ff ſol.matr.vt per Dec.ibidem. Hoc*
5 *addamus etiam illum beneficium quærere nõ poſſe, qui iam quæſitum nequiuit retinere; vt dicebat Nauar.de reſcrip. except. 14. num.2.*

*Ad hancq́; rem illud ſimile eſſe videtur ſi ſacerdos filium ſpurium habens, fratrem ſuum, ſeu amicum inſtituerit, qui*
6 *occulta pollicita fide ſe hæreditatem filio ſpurio reſtituturum, inſtitutus hæres, nec non & ſpurius hæreditate exu-*

*untur;*

*untur; ne indirectè teſtator, & ſpurius commodum repor-
tent inuita, & repugnante lege. l. in fraudem. l. eum qui ta-
7 citum ff. de his, quib. vt indig. & talia bona Eccleſiaſtico
applicantur Fiſco. Bal. hæc referebat in l. ſi quis presbiter.
C. de Epiſco. & cleri. & vt tandem huic pœnali clauſulæ
8 detur finis, illud vnum dicimus, quis eo puniendus eſt, in
quo deliquit c. poſtulaſti. de cleri. excom. hinc videmus tu-
torem malè adminiſtrantem tutelam, ab ea amoueri, &
9 amplius non reaſſumi. §. ſuſpectus. & §. fin. Inſt tit. de ſu-
ſpec. tuto. ſic in caſu noſtro de huiuſmodi benefitijs fit noua
prouiſio, non tamen in perſonam delinquentium, ne commo
dum ex delicto conſequantur, ne'ue delinquendi materia
detur, quam totis neruis iura propulſant. l. conuenire. ff. de
pact. dot. & quia etiam extitere ingrati in Eccleſiam, à
qua bona ſuſceperunt, ipſius tamen bona alienauere, & in-
10 gratitudine nihil turpius, nihil libero homine indignius. §.
1. Inſtit. tit. de dona. & ingratitudo dicitur enorme vitiũ,
11 ventus vrens, & ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pie-
tatis, & fluenta gratiæ; ita Diuus Bernard in Canticis,
quem refert Ioan. Andr. Abb. Barba. in c. fin. de Dona.
Lapus in repet. rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §. 78.
num. 18. Vnde merito quidem Euſonius in Epigram in-
grato homine nihil terra peius creat; vult ergo ſummus
Pontifex talia benefitia vacantia nnllatenus concedenda
eſſe ijs, qui ob alienationes rerum Eccleſiæ factas, fuere illis
priuati.*

NISI ALIA'S DISPOSITIONI. *Sciendum*
12 *eſt, quod duplex datur Reſeruatio in beneficijs Eccleſia-
ſticis;*

*ſticis; vna dicitur generalis, Altera ſpecialis.*

13 *Generalis reſeruatio eſt, quando Papa ſibi reſeruat collatio- nem beneficiorum alicuius Prouinciæ, ſeu Diocæſis, & ad ſolum Papam ſpectat prouiſio talium beneficiorum, facit extrauagans: ſi intemporalium. de præben. ſic beneficia va*

14 *cantia in Curia Romana dicuntur reſeruata Papæ. c. 2. de præben. in 6. tamen ſi ſint Parrochiales Eccleſiæ, ideſt animarum curam habentes, debet fieri coram ordinarijs concurſus. c. ſi Apoſtolica. illo tit. & concil. Trident ſic ſi mori contingat ſacerdoti intra duas dietas ab vrbe. c. præ- ſenti. eod. tit. in 6. Caſſad. in deciſ. ſuis in rubr. de conſtit. q. 2. Aeneas de Falco. in 2. q. tract. de reſcript. Rota de- ciſ. 61. Nota quòd vbi eſt data poteſtas in Antiq. ſic be neficia familiarium Papæ, qui continuo ſunt commenſa- les, dicuntur reſeruata, vt eſt in regul. Cancellar.*

15 *Specialis reſeruatio eſt vbi Papa reſeruat ſibi prouiſionem de certo beneficio non quo ad perſonam eligendam, vt eſt pro- uiſio Epiſcopatus. c. ſi eo tempore. de electio. in 6. Domi in conſ. 30. vel ſi reſeruat ſibi maiorem dignitatem poſt Pō tificalem vt in 2. regul. cancell. ſic etiam ſi ſibi reſeruat certum beneficium pro certa perſona, vt per tex. in c. ex parte. il 1. de offi. deleg. c. dudum. de præben. in 6. c. exe- cutor de conceſſ. præb. Nimirum ergo ſi in textu noſtro ha- beamus, Niſi alias diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis ſint ſpe- cialiter, vel generaliter reſeruata, hoc etiam, & quædam alia referebat. Staphil. in tract. Sig. Gratiæ. de form. mand. de proui. num. 9. 16.*

16 LIBERE. *Hæc dictio ſui natura denotat abſolutam vo*

 *luntatem.*

*luntatem. l. quia poterat. ff. ad Trebel. l. 1. C. de teſaur. lib. 10. eſt etiam tex. in c. 1. de reſcrip. ibi liberè indultum eſt alteri parti, vt poſſit appellare, eſt tex. in c. ſi beneficia.*
17 *de præben. in 6. ibi. Liberè reuertantur, id eſt ſua ſponte. Vnde Bal. notabile vnum dicebat in l. 1. in princ. C. de ſacroſanct. eccl. quod liberum arbitrium habere dicitur qui*
18 *habet poteſtatem præferendi iniquum æquo, vt Abb. in c. ſtatutum. de reg. iur. dicebat per tale verbum non requiri alicuius ſuperioris licentiam, de quo videnda ſunt, quæ ſcripſit Bart. in Extrauag. ad reprimendam. in verſ. videbitur. Barba. conſ. 59. col. 12. in 2. vol. Iaſ. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. Socin. in l. vtrum. §. cum quidam. col. 4. de reb. dub. probatur in l. 1. ff. de leg. 2. Idem Socin. in l. cum quid col. 5. ff. ſi cert. pet.*

INNOVATIONIS. *Ex hoc colligitur, quod iura antiquitus emanata circa prohibitionem de rebus Eccleſiæ non alienandis non eſſe correcta; ſed ea quaſi deſuetudine inumbrata, vt inquit Imperator in proœmio Inſtit. ad nouum, Summum Pontificem reducere voluiſſe ſplendorem,*
19 *non enim poſſumus affirmare aliquid innouatum eſſe, cum non dum fuerit, operæ precium eſt inuentum, ſeu nouatum prius eſſe. arg. §. cum in ſuo; & cum ex aliena. Inſtit. tit. de rer. diuiſ. nec enim videtur in totum nō eſſe; quod iuuatur primordio veritatis. l. cum filia. §. hæres. ff. de leg. 2.*
20 *Aliud eſt enim nouiter creari; Aliud innouari. c. cum re vera. de conſecr. diſtin. 4. & aliud eſt de nouo facere; aliud obſtaculum amouere, & ſic rem in priſtinum ſtatū reducere. l. filio quem patri ff. de lib. & poſth. not. in l. quod*

*dicitur.*

*dicitur. ff. de impenſ. & Poeta lib. 2. Aeneid. ſtat caſus renouare omnes, omnemq; reuerti. Per verbum decer-*
21 *nimus conſtituimus, volumus, vel quid ſimile inducitur*
22 *Ius nouum; vt per gloſ. in clem. 1. de offi. Vica. clem. 1. de rer. permut. gloſ. in clem per literas. de præben. Fely: viden. in c. decernimus. de Iudi. num. 10. ſecus per verbum innouamus, ex quibus verbis aliquid prius fuiſſe neceſſe eſt dicamus. l. dies cautioni. ff. de damno infecto.*

# INFRINGERE.

## *SVMMARIVM.*

1 AN liceat infringere legem iniquam in loco publico poſitam.
2 Eſſentia legis eſt, quod ſit iuſta.
3 Eſſentia quæ dicatur.
4 Quod nullum eſt, non dicitur aliquid eſſe.
5 Excommunicatio nulla non dicitur excommunicatio.
6 Sententia nulla non conualidatur per appellationem.
7 Vectigal iniuſtum poſſumus licitè defraudare.
8 Lex contra publicam vtilitatem non valet.
9 Litteræ ſubexecutoris nullæ impunè poſſunt lacerari.
10 Iudicis mandatum nullum excuſat.

11 Lex duplex vinculum in ſe continet.
12 Lex iuſta in vtroque foro eſt ſeruanda.
13 Lex iniuſta non ſeruanda in foro conſcientiæ.
14 Legem iniuſtam non licet infringere ex duplici cauſa.
15 Lex in dubio eſt præſumenda iuſta.
16 Superioribus etiam diſcolis eſt obediendum.
17 Lex iniuſta ob ſcandalum eſt ſeruanda.
18 Lex continens aliquid contra ius diuinum eſt lacerranda.
19 Inhibitio non impedit ea, quæ ſunt iuris.
20 Clauſula in litteris Papæ, contradictores, de facto debet intelligi.
21 Nullus debet ius ſuum indefenſum relinquere.
22 Vtens iure ſuo non dicitur dolo facere.
23 Aduerbium temerè varijs modis accipitur.
24 Temeritas excuſat à dolo.
25 Temerarius quis dicatur.
26 Crudelitas beſtialis excuſat à dolo.
27 Temeritas reprobata à iure non excuſat à dolo.
28 Temerè agere, & calumnioſè an differant.
29 Contemnere quis dicatur.
30 Inſolentes ſunt reprimendi.
31 Audacia furoris nomine eſt digna.
32 Indignatio quid ſit.
33 Lex clamat legi obtemperandum.
34 Principi non obtemperans, morte moriatur.
35 Inferiora ſuperioribus obedire naturale eſt.

Inferior

36 Inferior dignitate cogitur offitio Iudicis obedire maiori.
37 Honor æquiperatur vitæ.
38 Vim vi repellere licet.
39 Honor maximum bonum exteriorum.
40 Nobiliores priores ſcribuntur in albo.
41 Significatio horum verborum.

INFRINGERE. *Poſſet hic dubitari quid*
1 *ſi in Albo Prætoris (vt ita dicam) ſeu ad Valuas, vel in Acie campi Floræ, vel in frequentioribus vrbis partibus fuerit lex deſcripta; vel propalam emiſſa, quæ lex tamen ſit iniuſta; num liceat eam infringere impunè?*

*Et quod liceat, quædam dubium facere videbantur; De legis*
2 *eſſentia eſt eam iuſtam, ſanctamq; eſſe. c. erit autem lex. 4: diſtinc. ſi iniuſta quidem, non eſſe dicitur lex. Eſſentia*
3 *enim dicitur id, de quo affirmatiua propoſitio proferri po-*
4 *teſt, ſed quod nullum eſt, non dicitur aliquid eſſe. arg. c. non præſtat. de reg. iur. in 6. cum alijs ibi per gloſ. deductis & per Fely. in c. ex tenore. de reſcrip. & quis neſcit excom-*
5 *municationem nullam, non eſſe excommunicationem; & illam minimè timendam? D. Antoninus in 3. par. tit. 24. c. 73. ſub fine c. cui enim 11. q. 3. Archid. in c. nemo. de ſent. excommu. D. Thom. 4. diſtinc. 18. q. 2. arti. 1. q. 4. & illud iure cautum eſt, quod à ſententia nulla appellare*
6 *liceat, & tamen per appellationem nõ conualidari ipſam. l. ſi expreßim. ver. vnde ſi quis. ff. de appella. ibi Bar. &*

*Bal.*

*Bal,nu.12.hinc etiam habemus licere vectigal iniuſtè ap-*
7 *poſitum quempiam defraudare poſſe, vt per Guid. Pap. conſ.101.num. 1. & quis ignorat. legem contra publicam*
8 *vtilitatem, vel etiam libertatem Eccleſiaſticam iniquam eſſe, & non valere? Bar. in l.omnes populi.num.52.verſ. vltimo quæro.ff.de Iuſt. & iur. Bal in rubr.de conſtit. & ſic concludendum videtur Album Prætoris corrumpentẽ, è loco lacerantem talem legem nequaquam in pœnam incidere, & dicebat Nauar. de reſcrip. remed. 2. num. 41.*
9 *literas ſub executoris nullas impunè poſſe lacerari, & à*
10 *Valuis affixas refigi, ſicut Iudicis mandatum nullum excuſat.Bar.in l. iuſtè ff. de acquir. poſſ. in fine, ergo à fortiori neminem accuſat.arg. l. fauorabiliores ff. de reg.iur.quid igitur dicendum?*

11 *Pro ſolutione illud ſciendum erit, leges, ſeu Canones duplex vinculum in ſe continere, videlicet vinculum naturale, et poſitiuum. ita Dec. in c 1.de conſtit. ſi enim lex iuſta erit,*
12 *tunc in vtroque foro eſt obſeruanda. Prob. in c 2. de conſtit. in 6.num.42. Fort. in l. veluti.ff. de Iuſt. & iur. & tunc nulli dubium eſt nullo pacto licere infringere: Aut autem conſtat iniuſtam eſſe legem, tunc dicimus contrauenientem*
13 *non obligari in foro conſcientiæ Abb. in conſ. 73. col. pen. Corn. conſ. 39. col. 3. Iaſ. in rubr. de acquir. hæred. col. pen. Sed quid in foro fori, & ſic de iure poſitiuo?*
14 *Exiſtimamus non licere aliquo pacto talem infringere legem, & hoc duplici de cauſa, prima illa erit, lex præſu-*
15 *menda eſt iuſta, licèt enim prima fronte iniuſta videatur. vt per Decan.in c.primo. in 7.quæſito.de conſtit.num.37.*

ſecunda,

*ſecunda, quia & diſcolis etiam præpoſitis eſt obediendum, vt dicebat diuus Petrus. 1. cap. 2. diſcolis quoque, vnde etiam Paul. ad Ti. 3. qui reſiſtit poteſtati dei, ordinationi*
16 *reſiſtit, & idem aſſerebat Apoſt. ad Rom. 3. omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt; hæc omnia videntur locum habere, vbi in dubio verſamur.*

*Sed quid ſi ſumus in re certa? Exiſtimamus pari ratione non licere vim inferre legi etiam iniuſtæ. Quis enim ignorat leges quantumuis duras ſeruandas fore? l. proſpexit. ff. qui, & à quib. quia ita ſunt ſcriptæ licèt nulla ratio aſſignari poſſit. ſcrib. in l. non omnium ff. de legib. Fely. in c. 1. 4. diſtinc. maximè vbi lex eſt clara. & pedem figit. gloſ. in l. ſi non fuerit ff. pro ſoc. Bal. in l. legi. C. de legib. Decia. reſpon. 58. num. 2 & 3. col. 1. C. vt plus vna ſent. his de cauſis exiſtimo non licere vim aliquam inferre; ſi enim, & diſcolis præpoſitis obtemperare debemus, cur &*
17 *non legibus per eoſdem editis? quis enim neſcit ob ſcandalum legem iniuſtam etiam fore ſeruandam? facit illud Matth. cap. 5. Rubrica in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 95. ff. de acquir. poſſ. ſed quis ignorat ſcandalum oriri poſſe in lacerando Prætoris Album? In eo tamen tẽperandum fore putarim, quando ſcilicet huiuſmodi lex*
18 *aliquid in ſe contineret contra ius diuinum, tunc licèt abradere tales literas. gloſ. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſt. & ibi Bal. Abb. in c. quia plerunque. de immun. Eccleſ. in c. ſicut. de homicid. vt ſi lex ad idolatriam nos induceret, ad peccata, quæ contrariantur bono diuino non ſeruandæ, ſed quidẽ lacerãdæ. Diuus Thom. 2. ſecunda. q. 96.*

Neque

*Neque huic ſententiæ noſtræ vim aliquam inferunt, quæ ſcripta reliquit Staphil. de ſignat. grat. ſuper claus. nulli omnino hominum, quatenus dixit quod ſi quis de iure ſe oppoſuerit literis Papæ, non incidit in diſpoſitionem illius clauſulæ, nulli ergo liceat, & c. & hoc iuxta not. per ſcrib. in c. in præſentia. in 4. not. de proba. deducitq; Oldra. conſ. 136. quo habetur inhibitionem non impedire ea, quæ iuris ſunt. Dicimus inquam illud verum in literis priuatorum,*

19 *vt ad beneficia, ad lites, his in caſibus de iure reſiſtere valemus, & contradictorum nomine digni nequaquam ſumus, vbi exempli gratia, verſamur in literis ad beneficia, & adeſt illa clauſula, contradictoreſq;, & cæt. de facto intelliguntur, non de iure. gloſ. ſing. in c. pro illorum, in*

20 *verbo contradictores. de præben. & ſimilis habetur in l. ſi ſeruum. §. hec verba ff de acquir. hæred. in ver. abſtineat. Corſet. in ſing. in verbo moleſta. Innoc. in c. 1. de conceſſio. praben lib. 6. num. 5. Oldra. conſ. 81. proceſſus. num. 7. Barba. in c. Raynaldus col. 123. de teſtam. Idem conſ. 38. præclare. col. 5. vol. 2. conſ. 44. illud afferam. col. 2.*

31 *lib. 3. Nullus tenetur ius ſuum indefenſum deſerere. l. illud. ibi Bar. & gloſ ff. de petit. hæred. & qui iure ſuo vti-*

22 *tur, dolo facere non videtur. l. nullus ff. de reg. iur. c. cum Eccleſia. de electio. ſed ſecus eſt in lege generaliter conſtituta, quæ omnibus impoſita eſt. l. leges vt generales. C. de legib. gloſ in c. 1. de conſtit. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo totius orbis. quomo. in læſæ maieſt. crimin. proced. alias ſi dici poſſet, inanes eſſent leges, vnuſquiſque auderet cornua erigere, & legem iniuſtam aſſerere, & vti*

*inter*

*inter priuatos mille naſcuntur lites in dies, ita eſſet inter Principem, & ſubditos, quo nihil abſurdius.*

23 AVSV TEMERARIO. *Huiuſmodi ad verbium temerè, varijs modis accipi poteſt.*

*Aliquando idem importat, quòd inconſideratè. Cic. de orat: lib. 3. plerique temerè, & nulla ratione cauſas in foro dictitant, facit tex in l. magiſtros, & ibi Lucas de pen. C. de profeſ. & Medic. lib. 10. §. contra. Inſt. tit. quib. modis alie. lic. vel non. Poeta lib. 9. Aeneid. Tres iuxta famulos temerè inter tela iacentes. & eod. lib. Haud temerè eſt viſum conclamat. ab agmine volſcens, & vbi quid tale auſu euenerit, conſtitutum eſt, temeritatem huiuſmodi à*
24 *dolo excuſare. Angel. in l. plagij C. ad l. Flaui. de plagiar. Imol. in l. ſi inſulam. ff. de verb. obliga. & non ita in tex. noſtrò intelligi poteſt, ſi quis ſic inconſideratè, & ſupinè hoc (vt ita dicam) Album Prætoris infregerit, vimq; intulerit, profectò quidem in talem non incidet pœnam.*

*Aliquando exponitur temerè ideſt facile Cic. primo Acad. omnino iraſci amicis non temerè ſoleo, ideſt non facile.*

*Aliquando temerè exponitur, ideſt propria auctoritate, vel præſumptione ita textus noſter, Auſu temerario, ideſt propria auctoritate, iure renitente, impudenter. Virg. lib. 10. Aeneid. Anchelomum thalamos auſum inceſtare Nouercæ, facit ad hoc l. pen. & l. ſeq. ff. ad l. Iul. de vi publi. eſt & tex. in Extrauag. cum Matthæus. tit. de hæret. in*
25 *princ. inde temerarius dicitur, qui actum à Iure reprobatum committit. Archid. & alij in c. Auaritiæ. de electio. in 6. ſed adhuc ſcrupulus in animo reſidere videtur. Angel.*

*gel. in l plagiarij. C. de plagia. inquit Temeritas à dolo excuſat. Imolaq́, in l. ſi Inſulam ff. de verb. oblig. addidit,*
26 *credulitas etiam beſtialis à dolo excuſat.*

*Tamen reſpondere valemus illud verum non eſſe, vbi temeri*
27 *tas eſt reprobata à Iure ciuili, ſeu canonico notoriè, & indubitate. Angel. in l. ex conſenſu. §. fin. ibi Imol. col. 17. ff. de appel Alex conſ. 103. lib. 1.*

28 *Sed dubitatur an differant temerè agere, & calumnioſè agere?*

*Temerè agit, vt filiusfam. ſtando in Iudicio ſine patris licentia. Inſt tit. de pœn. teme litig.*

*Calumnioſè agere eſt, quando quis petit, quod ſibi non debetur, & hodie iſte talis in expenſis punitur. l. properandum. C. de Iudi. §. ſcire autem, & ſi quidem inſt. tit. de pœn. temer. litig.*

*Ex huiuſmodi igitur contrauentione naſcitur contemptus, qui enim à lege, vel ab homine eſt admonitus, ne quid faciat, & tamen à reprobato interdicto non vult deſiſtere, dicitur*
29 *contemnere. Card. in clem. 1. 3. not. de ſepult. & contemnere eſt mandatum non curare. c. excellentiſſimus. 2. q. 3. & talis contemptus aggrauat peccatum, ita quod efficiatur Mortale. Dec. in c. cum non ab homine. num. 6. de Iudi. & talis contraueniens poteſt dici ſummum Pontificem, & Eccleſiam floccifacere, quod eſt grauiſſimum delictum. gloſ. in l. 1. C. de pact. & in l. ſi id quod. ff. de Iuriſdi. omni. iudi. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. num. 67. hac de re conclamant iura, inſo-*
30 *lentes, temerarioſq́; fore reprimendos. c. qua fronte. de ap-*

pel.

*pel. c. ſi religioſus. de electio. in 6. huiuſmodi audacia, ſeu*
31 *temeritas furoris nomine digna eſt. l. ſi quis in tantum. C. vnde vi, quòd de reprobata intelligi debet cum aliàs in bonam partem etiam aliquando ſumatur. Bar. in d. l. ſi quis. num. 2.*

INDIGNATIONEM: *Quæritur quæ ſit iſta indignatio?*

32 *Dicimus quod nihil aliud eſt, quàm ſtomachus, ſeu ira, qua Deus afficitur ob ſpretum mandatorum ſummi Pontificis eius Vicarij, & ſanctorum Petri, & Pauli, quæ & Dei indignatio dicitur iuxta Euangelium, qui vos ſpernit me ſpernit, & qui vos recipit me recipit, & Paul. ad Roma. cap. 14. qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit, & Beatus Iacobus aſſerebat obediendum eſſe præpoſitis noſtris, etiam diſcolis, vt ſuperius dictum eſt etiam de qua re Rebuff in praxi beneficior. in forma nouæ prouiſionis. in*
33 *ver. nulli ergo, clamat nempe lex legi obtemperandum. l. Sanctio legum. ff. de pœn. aliàs Nomothetæ ſcilicet legum latores Ludibrio eſſent, quid enim prodeſſet legem vetare, punire, niſi ei obtemperantes eſſemus? hac de cauſa ſanci*
34 *tum eſt, Qui Principi non obtemperauerit morte moriatur. c. 2. de Maior. & obed Natura etiam duce conſtitutum*
35 *eſt, quod inferiora obediant ſuperioribus arg. l. nam Magiſtratus. ff. de arbi. & inferior dignitate, vel nobilitate po*
36 *teſt per officium Iudicis cogi, vt cedat maiori in ſedendo, & alijs in actibus, in quibus Reuerentia adhiberi poteſt: ita Faber in §. aliam. Inſt. tit. de bonor. poſſ. immo, quòd nobilior poſſit armata reſiſtere manu. tenuit Bal. in l. ob-*

*Mm 2 ſeruare.*

ſeruare.§. antequam in fine.ff. de offi proconſ.& legat.ea
37 quidem ratione, quia honor, & vita æquiparantur.l.iuſta cauſa.ff.de manumiſ.vindi. ſed vt vitam tueamur no-
38 ſtram, ferro reſiſtere valemus.l. vt vim ff.de iuſt. & iur. ſic pari ratione pro honore. ita dicebat etiam Gerar.ſing.
39 33. honorem bonorum omnium exteriorum maximum eſſe aſſerebat Philoſ. Ethic. lib.4. Diuus Thom. prim. ſecun q.2.art.2.gloſ. prima in Extrauaganti. ad conditorē in ver. honorem. de verbr.ſign. & ad rem noſtram videmus iure conſtitutum eſſe, vt qui maiori præcellunt di-
40 gnitateq́, priores ſcribantur in Albo. l. 1. & 2.ff. de albo ſcrib.vt ſuperius tactum eſt; dicamus itaque, per huiuſmodi verba indicatur Deum Opt. Max. ſanctosq́; Apoſtolos indignatos non faciles ſe exhibituros optatibus contrauenientium, vt aſſerebat Bar. in extrauag Qui ſint rebel-
41 les. in ver. indignationem noſtrã, & per Staphil. de clauſ. Nulli omnino, in tract. de liter. gratiæ. Nimirum ergo ſi quis auſu temerario hanc paginam infringere, & ſic in contemptum, quod proprium eſt inobedientiæ, & contumaciæ, ſe indignationi omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum incurſurum ſciat.

# DATVM ROMÆ, &c.

*SVMMARIVM.*

1 Dies ſancitæ legis eſt notandus.
2 Deſignatio diei neceſſaria in Priuilegijs, collationibus, indultis, & in reſcriptis.
3 Prior in priuilegio præfertur poſteriori.
4 Secundum priuilegium quando deroget priori.
5 Princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris.
6 Qui non vtitur priuilegio ſpatio decem annorum, illud amittit, quod declaratur.
7 Collatio quæ præualeat, cognoſcitur à die.
8 Secunda collatio valida derogat priori inualidæ.
9 Collatio facta à Vicario reuocato an teneat, cognoſcitur à die.
10 Collatio facta ab Archiepiſcopo, & Epiſcopo, quæ valeat, apparet à Die.
11 Collationes eadem die ſi fuerint factæ, præualet illa Epiſcopi.
12 Archiepiſcopus confert poſt ſex menſes.
13 Indultum ad tempus, vel ad diem, an ſit legitimum cognoſcitur ex die.
14 Indulti non ſeruans tempus, non dicitur ſeruare formam illius.
15 Indultum concurrit cum indulto.
16 Prior tempore eſt prior iure.

17 Indultum ſine Die non valet.
18 Diuiſio Reſcriptorum.
19 In Reſcriptis habetur ratio temporis.
20 Qui prior obtinuit gratiam, illa fruitur.
21 Prior indignitate, eſt prior in honore.
22 Reſcriptum impetratum à maiori, & digniori collatore, attenditur.
23 Prouiſio facta ab Epiſcopo præfertur collationi factæ à Vicario, fallit, vt infra.
24 Prouiſio facta ab eadem perſona, quæ ſit prior, quo modo cognoſcatur.
25 Prior ſcripta cenſetur prior conceſſa.
26 Benefitium habens curam animarum, non confertur, niſi conſtituto in vigeſimo quinto anno.
27 Per ſecundum benefitium incompatibile vacat primum.
28 Vnuſquiſque debet eſſe contẽtus vnico beneficio.
29 Benefitium primum vacaturum cognoſcitur ex anno.
30 Non petens primum benefitium ſibi debitum ex ſimili gratia, gratiam amittit.
31 Benefitium an eſſet ineſſe deductum tempore reſcripti, cognoſcitur à die.
32 Reſcriptum non extenditur ad benefitium non dũ creatum.
33 Gratia perficitur per ſolam ſignaturam.
34 Mortuo beneficiario poſt ſignatam gratiam, benefitium dicitur vacare per obitum.

35 An collatio pertineat ad Papam, vel Epiſcopum, cognoſcitur à Menſe.

36 Reſcriptum ad lites ſecundum prævalet priori tribus concurrentibus:

37 Speciale reſcriptum derogat generali.

DATVM ROMAE: *Ab initio iſtius commenti noſtri deduximus nunquid operæ pretium eſſet noſcere conditorum legum tempora: & eo fuit itum quidem neceſſe eſſe ob rationes ibi enar-*

1 *ratas: An autem dies ſancitæ legis ſit apponendus? Dicimus etiam rem ſe habere, omnes Codicis leges ita conſtitutas videmus, quæ tametſi annum à ſalute Mortalibus reſtituta non habeant, tamen ſub Conſulum annis earum ortus indicatur, ſic ſiue per Olimpiades, ſiue per Vrbis ortũ, ſeu vt hodie in orbe Chriſtiano receptum vſu eſt, per dominicos annos tempora recenſeamus, nihil eſt.*

2 *Talium igitur annorum deſignationem in Priuilegijs, in collationibus, in Indultis, in Reſcriptis neceſſariam dicimus, ſed quæſo ſingula Lacaonico more perquirendo Extremam manum huic labori noſtro imponamus.*

3 *Si in Priuilegijs verſemur, dies, & annos adiciendos dicimus, primò ratione prælationis, quis enim ignorat ſi duo ſint priuilegia, anterius præferendum eſſe? ita per gloſ. in c. 1. de reſcrip. ſcrib. paßim in c. generi per ſpeciem. de reg. iur. in 6. & ita Dec. in d. c. 1. quod ibi extendunt Interpretes noſtri, ſiue primum ſit generale, ſiue ſit ſpeciale.*

*Quid autem ſi vtrumque Priuilegium ſit ſiue ſpeciale, ſiue generale,*

*generale, & incluſum reperiatur in corpore iuris?*

4 *Tunc et annum neceſſarium eſſe dicemus ex eo videlicet, quia ſecundum derogat priori, ſicut etiam de lege dici ſolitum eſt. ita ſcrib. in d.c. 1. de reſcrip. Ea ſcilicet ratione quia*

5 *Princeps præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris. c. 1. de conſtit. in 6. l. omnium. C. de teſtam. & Gomes. in d.c. 1. dicebat Pontificem vnum Conciſtorium cum Deo facere.*

6 *Diei etiam appoſitio in Priuilegijs illud operatur. Priuilegium quis amittit, ſi eo decem annorum ſpatio non fuerit vſus. tex. in l. 1 ff. de nundi. Bar. in l. quominus ff. de flumi. in l. beneficium ibi Iaſ. etiam latè. ff. de conſt. Princ. Abb. & alij in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.*

*Hoc tamen moderandum volunt Doctores noſtri, quando ſcilicet vtendi priuilegio occaſio data non eſſet. Bar. in l. cum ſcimus. C. de Agric. & cenſi. lib. 11. Bal. in tract. præſcrip. in 4. par. quintæ par. princ. q. 4. Ad hæc Priuilegium ſi pendeat à voluntate concedentis eſt reuocatũ, tamen Priuilegiatus nonnulla egit vti talis nunquid iuribus ſubſiſtãt; ex die noſcemus. an tunc remotus erat, & an notitiam de motione habuerit?*

*Textus, & gloſ. in l. tribunus. ff. de teſt. mili. Iaſ. hoc animaduertit in l. moræ maiorum. num. 8. ff. de iuriſd. omni. iudi. Roma. ſing. 566.*

*Sin autem in Collationibus verſemur pari ratione, quòd dies*

7 *fuerit appoſita neceſſarium eſſe fatebimur; Ordinarius neceſſe habet conferre beneficia vacantia. gloſ. in c. relatum. de præben. euenit autem quod in fauorem duorum facta*

eſt

*eſt collatio, à die quis præferendus ſit agnoſcemus, vbi enim collatio facta eſt, tribuitur ius in re, & facit beneficium eſſe illius, cui confertur per ratificationem. c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. cum igitur qui anteriorem adeptus eſt collationem, huiuſmodi acquiſierit ius, eo priuari non debet abſque facto ſuo. arg. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.*

*Sed quid tum dicemus vbi prima collatio fuit inualida, & ſecunda valida, nunquid iſthæc ſecunda valebit?*

8 *Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. num. 370. tenet ſecundam validam derogare priori inualidæ. videmus teſtamentũ nullum non reuocare validum priori tempore conditum. l. ſancimus. l. volumus. C. de teſta. ſcrib. in l. pacta nouiſſima. C. de pact.*

*Ex alio neceſſaria eſt diei appoſitio, fac enim eſſe, contulit beneficium Vicarius, qui tamen erat ab officio reuocatus, dubitabatur an valeret collatio?*

*Ex diei inſpectione animaduertemus nunquid valeat, videlicet an erat reuocatus, & ſi de reuocatione apparet, an in illa die notitiam habuerit necne. Innoc. in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. Peruſ. in c. ſuper eo. vlt. not. de appel.*

10 *Quid & illud vſu euenire ſolet, & quidem frequenter, ab Archiepiſcopo facta eſt collatio, & Epiſcopo, dubitatur, quæ valeat?*

*Ex diei inſpectione dirimetur lis per regulam Qui potior.*

*Sed quid tum dicemus ſi eadem die ambas factas deprahendemus?*

11 *Dicimus ab Epiſcopo factam ſub. not. in c. ſi à ſede. de*

Nn præben.

præben. in 6. Archiepiſcopus enim conferre non poteſt, niſi
12 poſt ſex menſes, vt per Rebuff. de pacif. poſſeſ. num. 380.

Se offert tertium diſcutiendum, quid in Indultis ſit dicendum?
In ipſis quoque diei appoſitionem neceſſariam aſſirmabimus;
Indultum eſt generale nomen, ſed nos in ſpecie intelligimus,
quando ſcilicet Papa concedit, vel Ordinario, vel Legato
Apoſtolico, vt valeat conferre beneficia alicuius Diœce-
ſis Sedi Apoſtolicæ reſeruata, & hoc propriè Indultum
nuncupatur. Dicamus igitur, eſſe poteſt, quod Indultum 8
conceſſum ſit ad diem, ſeu ad tempus, & nunquid legiti-
13 mè fuerit executum; ex temporis deſignatione cognoſce-
mus. l. ſcire oportet. ibi non aliter audietur, quàm ſi obſer-
uauerit conſtitutum tempus. ff. de excuſ. tuto. Bal. in Auct.
quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer. & qui Indulti
14 tempus non ſeruat, eius formam non ſeruare dicitur. Caſt.
in l. qui Romæ. §. Callimacus in fin. ff. de verb. oblig.

Ad hæc eſſe poteſt, quod indultum concurrat cum indulto, vt
15 quia Papa conceſſit indultum in aliqua Prouincia Legato
Apoſtolico, & itidem conceſſit Nuncio, ſeu Præſidi ſuo,
fuit in duobus facta prouiſio, qui præferendus?
16 Quidem ex diei inſpectione videbimus, vt qui prior fuit tē-
pore ſit & potior iure. l. qui Balneum. in princ. l. qui potior.
ff. qui pot. in pign. habean.

Quid autem, ſi non adſit dies? & indultum, quod eſt, iuribus
17 non valere dicemus, faciunt quæ habentur in data libri
ſexti, & quamplurima alia, & in alijs indultis conſide-
rari poſſunt, & cognoſci ex diei adiectione, quæ omnia bre
uitati ſtudendo prætermittemus.

Succedit

*Succedit, vt nonnulla de reſcriptis dicamus, & quia Reſcriptorum ſumma diuiſio eſt, Quædam dicuntur ad beneficia, Quædam ad lites, ideo de reſcriptis ad beneficia in primis videamus.*

19 *Illud conſtitutum eſſe dicemus reſcriptis temporis rationem habendam fore. c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. & hoc duplici fortaſſe de cauſa, prima ratione impetrantium; deinde ratione beneficiorum.*

20 *Ratione impetrantium, vt qui prior gratiam eſt aſſecutus, illa fruatur. & meliori dicitur inniti titulo. c. duobus. c. tibi qui. de reſcrip. in 6. neque abſimilis eſt tex. in c. eam cui. de præb. in 6. hoc nempe operatur tempus Datæ, quod in iſtis attenditur reſcriptis. d. c. eam te. & d. c. ſi eo tempore. facit lex. ſi permittente. C. ad Maced. Regulam habemus,*

21 *vt qui prior eſt in dignitate, eſt etiam potior in honore. l. qui Balneum. ff. qui potio. in pigno. habean.*

*Sed quid tum erit dicendum, ſi eadem die vtrique reſcripta fuiſſe conceſſa appareat?*

22 *Dicemus illum, quidem præferendum, qui à maiori, & digniori collatore fuit prouiſus, modo tamen alter in ſubſidiũ detur, vt ſuperius dicebamus, ſumamus exemplum à Papa, & à Delegato. c. ſi à ſede. de præb. in 6. ſic ſi ab Epiſcopo vna, à Vicario altera, quam Epiſcopus fecit collationem præferendam aſtruemus. d. c. ſi à ſede.*

23 *Tamen & eo moderamine vti ſolent ſcrib. noſtri, modo tamẽ qui à Vicario fuit prouiſus, prouiſionem nõ acceperit prior. d. c. ſi à ſede.*

*Quid vero tenendũ erit, vbi ab vno, & eodem fuerit facta prouiſio?*

24 *Dicimus librum collationum inſpiciendum eſſe, nam prior ſcri pta, & prior præſumitur in eſſe deducta, ſin autem non ap pareat, & neutra valebit. arg. l. duo ſunt Titij ff. de teſta. tutel. & hæc, & alia deducebat Rebuff. in Praxi benef. de reſcript. ad benef. vacan. num. 27. ad finem vſque.*

25 *Ad hæc apponuntur dies, Menſis, & Annus, vt conſtet de legitima impetrantis ætate: iure nouiſſimo ſancitum eſt, be neficium curam animarum habens alicui conferri non poſ-*
26 *ſe, niſi vigeſimum quintum ducat annum, concil. Trident. ſeſſio 23. de refor. cap. 12. & 13. clem. fin. de ætat. & qualit.*

*Ratione beneficiorum, vt appareat de prioritate beneficiorum per impetrationem vltimo loco factam; prius beneficium*
27 *vacare apertiſſimi iuris eſt, quando ſcilicet hoc ſecundum incompatibile dicitur. c. de multa. de præbē. c. cum qui. eod.*
28 *tit. in 6. vnuſquiſque vnico beneficio contentus eſſe debet. Trident. concil. ſeſſio. 24. alias. 8. ſub Pio iiij. refor. cap. 17. ad hæc addamus extrauag. execrabilis. Ioann. 22.*

*Præterea ex beneficij cauſa, faciamus eſſe quòd gratia fuerit*
29 *conceſſa de primo vacaturo beneficio, ſi quæratur quodnā fuerit hoc primum, & nunquid adhuc vacauerit, ex an ni ſignificatione clarum reddetur, ſi nempe primum va-*
30 *cans non petierit, gratia priuatur. c. ſi clericus in princ. de præb. in 6. de hac, & alijs Staphil. viden. quib. mod. expi. libe. ad benef.*

*Ad hæc obtinuit curatum beneficium, intra annum ad ſacros eſt promouendus ordines, quomodo agnoſcemus, niſi annus fuerit appoſitus. c. licet Canon. de electio. in 6. & hæc ſa-*

tis

*tis dicta permittamus in reſcriptis gratioſis.*

*Euenire etiam poſſet, quod dubitaretur an tempore quo facta eſt de beneficio collatio, an beneficium eſſet in eſſe deductũ,*
31 *quo caſu ex Datæ inſpectione clara reddetur dubitatio. c. ſi eo tempore de reſcript. in 6. Antequam beneficium ſit (vt*
32 *loquuntur Doctores noſtri) creatum, reſcriptum ad beneficia. id illud extendi nequit. Anchar in clem. literas. de reſcrip. num. 2. & illud iure conſtitutum eſt per ſolam ſi-*
33 *gnaturam perfici gratiam Archid. in probæm. libri ſexti ſuper verbo per Apoſtolica reſcripta.*

*Euenit autem quòd mortuus eſt impetrãs, dubitatur, nunquid beneficium vacet per obitum?*

*Nulli dubium, quòd ſi obijt poſt ſignatam gratiam, vacare per illius obitum. arg. c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib. 6. c. ſi cui de præb. illo lib. Biſnettus deciſ. 9. de præben. Nauar. latè de reſcriptis. auctuar. exceptio. 21. num. 23. Menſis mentionem fieri neceſſe eſſe in eo affirmabimus, vt per regul. Cancell. 8. menſium. Paulus nempe iiij. conſtituit reſi-*
34 *dentes in ſex anni menſibus; non reſidentes in quatuor beneficia ſuarum Diocæſum conferre poſſe. ſi igitur quæratur*
35 *an collatio ad Epiſcopum, vel ad Papam ſpectet, Menſis deſignationem inſpiciendam dicemus; & hinc eſt quòd in beneficijs reſeruatis non requiritur Menſis expreſſio. Rota deciſ. Accoramb. 70. lib. 2. incip. Menſis non eſt.*

*Vltimo loco, & reſcripta ad lites temporibus deſignata eſſe debere fatemur omnino, Duo impetrauere reſcripta ad lites, dubitatur vtrum præualeat? de prioritate ex temporis de-*
36 *nunciatione edocemnr: Dicamus itaq; ſecundum præualere,*

*lere, licèt de priori nullam faciat mentionem, modo tamen tria concurrant, Prior præſentatio; prior citatio; & prior citati exceptio; quàm fiat prioris reſcripti præſentatio.c. vt debitus. honor. de appel. ibi Abb. Imol. Dec. Fely. Ripa in c. 1. de reſcrip. Nauar. de reſcrip. in 13. cau. nullit. nu. 1.*

37 *Habemus quoque quod ſpeciale reſcriptum derogat generali prius impetrato. c. 1. de reſcrip. licèt etiam de eo nullā mentionem faciat. vt per Abb. & cæteros in d.c. ſuper gloſ. 1. c. paſtoralis. §. 1. de reſcrip. c. ſtuduiſti. de offic. leg. gloſ. in c. generi per ſpeciem. de reg. iur. in 6. ex temporis annotatione quod nam poſterius ſit videmus.*

*Eueniet fortaſſe, quod vtrūque reſcriptum erit generale, quod nam attendendum erit?*

*Aſſerunt ſcribētes noſtri illud ſeruandum, per quod primo eſt facta ſpecificatio alicuius Artiiculi. ita ſcrib. in d. c. 1. de reſcript.*

*Sed quid tum, ſi nulla eſt facta ſpecificatio? Dicemus diem huiuſmodi dirimere litem, vt prius attendatur, tamquā prius tempore, & iure. ita ſcrib. in d.c. 1. qui enim habet primū eſſe, & primum, frui, gaudere habere dicitur, vt per Bal. in l. ſi plures. col. 1. C. de condit. inſer. Iaſ. conſ. 192. col. 4. vol. 2 & quoniam non fuit intentio noſtra ab initio diffuſè hanc pertractare materiam, ſed tantum percurriſſe: Ideo poſt immenſas Deo peractas gratias.*

FINEM IMPONEMVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE